Vellico as: penultima correpta frequenter vello: quod proprie fit cuz extremas corporis partes digitis vellimus: preſſando infeſtamus. Proper. Nec mihi tã duris inſultes moribus ⁊ te Vellicet: heu ſero flebis amata diu. Aug. li. xiiij. de ciui. dei. Ita ſe auferebat a ſenſibus ⁊ iacebat ſimillimus mortuo: vt nõ ſolum vellicantes atqꝫ pungẽtes minime ſentiret: ſed aliq̃ñ etiam ſi igne vreretur admoto ſine vllo dolore niſi poſtmodum ex vulnere probabat̃. Per tranſlationẽ Vellicare ponitur ꝓ criminari: mordere: ac lacerare Gel. lib. iiij. Plura in Saluſtio inſcite aut maligne vellicant. Hora. Vellicet abſentem demetrius.

Vellus lana ex ouibus detonſa: ꝙ ante tonſure vſum lanã veteres vellerent: quã demptã ⁊ cõglobatã alij vellera: alij velamina appellant.

Vellina: regio in vrbe palatino monti coniuncta in qua Valerij publicole ⁊ victorie: deorũqꝫ penatium ędes erant. Dicta vellina: ꝙ ibi paſtores palatini vellere lanam ſint ſoliti.

Veles itis penultima cor. qui leuiſſime omniũ armat⁹: qui ⁊ velatus ⁊ ferẽtarius. Refert Aelianus ordinẽ pedeſtrem in militia diuidi trifariam. In armatos: quę grauis armatura dicitur: ⁊ velites qui leuiſſime omniũ armant̃. Vñ ⁊ expediti nuncupant̃. Non eñi ocreas aut loricaz induũt: ſed tantũ iaculis et fundis vtũtur. In tertio ordine ſunt peltati a pelta dicti: qđ ſcutum eſt paruũ ⁊ leue. Hij medij erant inter grauẽ armaturã ⁊ leuẽ. Speciatim Rorarij: Accenſi. ferẽtarij milites leuis armature vocant̃. Per tranſlationem velites etiã dicunt̃ qui verbis altercant̃. Ouid. in Ibim. Atqꝫ petit primo plenum flauentis arene Nondum calfacti velitis haſta ſolum.

Velitor pe. cor. contendo: digladior: pugno. Plaut⁹ in Mene. Neſcio quid velitati eſtis inter vos. Poſtea de re trãſlatũ eſt ad verba. Vnde ⁊ ꝓ Iurgari ponit̃ Cice. Cũ inquinatiſſimis hoĩbus nõ eſt cõuicio decertandũ: neqꝫ maledictis aduerſuz impudẽtes ⁊ improbos velitandũ: q̃r tantiſper ſimilis ⁊ cõpar eorũ fias: dũ paria ⁊ cõſimilia dicas atqꝫ audias. Vñ ⁊ velitatio que teſte Feſto dicta eſt vltro citroqꝫ probrorꝫ obiectatio: ab exemplo velitaris pugne.

Velito as: fit a velo as: ⁊ ponit̃ pro velifico.

Velitaris ⁊ hoc velitare: qđ ad velites pertinet. Vnde velitaris pugna. Salu. in Iug. Preterea iere ſagittarij ⁊ cohors peligna cũ velitaribus armis: itineris ꝓperãdi cauſa: neqꝫ his ſec⁹ atqꝫ alijs armis aduerſuz tela hoſtium: ꝙ ea leuia ſunt: muniti erant.

Velitatim aduerbium: ſignificat per ſaltus ⁊ interualla ꝙ velites pugnando ſaltibus vtantur. Siſen. Nos vna ęſtate in aſia ⁊ gręcia geſta idcirco continẽtia litteris mãdauimus ne velitatim aut ſaltuatim ſcribendo lectorũ animos impediremus.

Velitre: ciuitas volſcorum inſignis fuit: quibus victis romani agrum veliternũ ademerunt. Eo coloni ab vrbe miſſi ſunt: vt inquit Liui. li. ij. Refert Diony. li. vij. Peſtilentiã adeo velitras eſſe depopulatã: vt ex decẽ partib⁹ veliternorꝫ vix vna ſupfuerit.

Velia palus italię apud Calabros nõ longe a palinuro Helia olim dicta eſt: ⁊ velia Lucanie oppidũ ſic dicta: q̃r paludib⁹ cingit̃: palus ελοσ latine dicit̃ helia poſtea aſpiratio vertitur in u. ⁊ fit velia. Alia velia in latio eſt: dicta quia loco paluſtri finitur poſita a pelagis Mos fuit vt ait Dio. nominibus que inciperent a vocalibus h preponere.

Velut aduerbium ſimilitudinis.

Velox: celer: a volando: quaſi volox: a quo velocitas et velociter.

Vena dicta eſt ꝙ per eam veniat ſanguis. Nam eſt conceptaculum ſanguinis mixti confuſiqꝫ cum ſpiritu naturali: in qua plus ſanguinis minus ſpiritus. Inde fit: Venoſus venoſa: venoſum. quod eſt venis turgentibus plenum. Per tranſlationem tamen vene in terra dicuntur ſub terra meatus per quos vnda manat: aut alius liquor. Vnde venas argenti: venas auri dicimus.

Venenum dictum eſt ꝙ cito per venas eat: ſiue ſalubre ſiue noxium: quod greci φαρμακον dicunt. Nam et medicamenta venena ſunt. Et eſt generale ad omnia que naturam eius cui adhibita ſunt mutant. Plinius. Galbanum aduerſatur venenis: maxime toxicis cum myrrha et vino. Vnde per quandam ſimilitudinem color qui a veſtibus imbibitur venenum appellatur. Virgilius libro. ij. Georgicoruz pro colore purpureo poſuit qui eius conche ſpuma eſt. Alba nec aſſyrio fucatur lana veneno. Deniqꝫ omne quod vel ſumptum vel tactu nocet: venenum dicitur. vnde ⁊ ꝓ Veneficio capitur.

Venenoſus a.um.qđ venenū hƺ: vt venenoſus ſerpēs.

Venenatus a.um.in qđ eſt venenū cōiectū. Fit enim a veneno as.

Venenarius qui parat vel ɔficit aut vendit venenū. Apul. Qui venenariū aceuſat ſcrupuloſius cibatur. Qui furē arguit ſua cuſtodit.

Veneficus: ꝛ venefica: qui ꝛ que venena conficit: ꝛ qui incantationibus ꝛ ceteris malis artibus vtitur. hinc Triueneficus. i. excellens veneficus. Pla. Muſſas adhuc triuenefica?

Veneficiū ipſe act⁹ venenādi. Pli. Hec arbor aſi atriū ſata omībus veneficijs remedio eſt.

Venio is. veni ventū. Venire ꝓprie eſt q̄ſi verſus nos ire: vñ apud auctores frequēter ꝓ ire ponit̄. Virg. Veniſti tandē. Terē. Niſi ego ad mercatū venio: id eſt eo. Sic econtrario ire pro venire: vt eo ad te. Et ambo iūgi poſſunt dtō: vt it clamor celi: et hoſtis venit excidio. i. ad excidiū. Aliqñ conſtruit̄ cū ablatiuo mediante in: quaſi ſignificet ꝑmanentiā. Hiero. Ne forte ſi venerit vrīs in manib⁹ illud apocryphū: dubia pro certis recipiatis. Et licet venio neutrū ſit: tñ eius cōpoſita qñq3 mutāt terminationē: vt cōuenio conuenior. Inuenio/inuenior. Reliqua cōpoſita ſūt Aduenio/circūuenio/cōtrauenio/deuenio/ꝑuenio/reuenio/ſubuenio/et ſuperuenio. Hora. Grata ſuperueniet que nō ſperabit̄ hora. Poete tñ aliqñ venire ꝓ imminere vſurpāt. Virg. Se ſatū ambob⁹ teucriſq3 venire latiniſq3. Aliqñ ꝓ creſcere. Idē lib. j. geor. Hic ſegetes: illic veniūt fglici⁹ vue. Aliqñ ꝓ portari. Pli. Species ſinopidis tres rubra ꝛ min⁹ rubēs: et media inter has. Eius q̄ ex africa venit octoni aſſes.

Venire in mentē: nō ad recordationē tm̄ eſt ſed ad conſiderationē ꝛ reputationē ꝛ intelligētiā. Terē. Ubi in mentē eius aduēti venit. Veni in ſuſpicionem: in obliuionē: in vituperationē. i. ſuſpectus factus ſum alijs: alij me obliti ſunt: vituperor ab alijs. Veni in opinionē. i. opinionē habeo. Aliqñ tñ paſſiue dicitur cū opinio pro fama accipitur.

Vēto as. frequētatiuū q̄ veteres vſi ſūt: ſƺ ꝓ eo vtimur alio frequētatiuo. Ventito. Pli. Gratior alexandro magno erat frequenter in officinā ventitanti.

Ventus a venio fit. Nam ꝓprie eſt cū impetu ventans aer: cū nihil aliud ſit ventus q̄3 aer cōmotus atq3 agitatus. vñ Aug. lib. de quātitate anime. Nihil aliud q̄3 iſtū aerē cōmotū ac agitatū eſſe ſentimus. Quod in loco trāquilliſſimo et ab omib⁹ ventis quietiſſimo vel breui flabello: approbari poteſt: quo etiā muſcas abigētes aerē cōmouemus flatuq3 ſentimus. Quod cū euenerit ocultiore quodā motu celeſtiū vel terrenorū corporū ꝑ magnū ſpatiū mundi ventus vocat̄ ex diuerſis partibus celi noia etiaƺ diuerſa ſortitus. Vict. Ventus inquit eſt aeris fluēs vnda cū incerta mot⁹ redūdātia. Naſcit̄ cū feruor offendit humorē: et impetus factionis exprimit in ſpiritus flatū.

Ventulus dimi. paruus ventus. Teren. Cape hoc flabellū ꝛ ventulū huic ita facito.

Ventoſus a.um. qđ eſt vento plenū vt ventoſa regio. Aliqñ dr̄ inane: vt vētoſa v̄ba. i. ſine pondere ꝛ ſine effectu.

Ventilo as. pe. cor. ad captādū ventū pono aut iacio. Proper. Hāc venus vt viuat ventilat ipſa facem. Hinc ventilari frumentū dr̄/dū in area purgatur. Plin. Multi ventilare quoq3 granū vetant. Leo papa. per tranſlationē dixit. Omniū diſcutit cōſuetudinē: ventilat curas: ſcrutat̄ affectus. Interdū ventilare eſt per manus verſare e digitis eximendo. Apul. Ad hec ego inſperato lucro diffuſus in gaudium: et in aureos refulgentes quos identidē manu mea ventilabam. Iuue. Cū verna canopi Criſpinus tyrias humero reuocāte lacernas Ventilet eſtiuum digitis ſudātibus aurū. Huius cōpoſitū eſt Euētilo extra ventilo. Col. lib. j. Et celeriter frumēta deterūtur: nō cedente ſolo pulſib⁹ vngularū tribularūq3: et eadē euentilata mundiora ſunt: lapilliſq3 carent.

Ventilabrū pe. pro. inſtrumentū quo aliquid ventilat̄: Col. lib. ij. Nam cū acerinis paleis graniſq3 mixtus in vnū fuerit congeſtus paulatim ex eo ventilabris per longū ſpatiū iactetur.

Ventilator qui frumenta ventilat.

Venia dicta eſt ꝙ optanti adueniat. Eſt enim remiſſio culpe ꝛ condonatio erroris. Quinti. Peccaui veniā peto. Quādoq3 ponitur ꝓ beneficio indulgentia et permiſſione. Cice. libro. j. de ora. Date nobis hanc veniā vt ea que ſentitis de omī genere dicendi ſubtiliter ꝓſequamini. i. concedite. Terē. Da pater veniā ſine te exorem. Et cum venia dicim⁹ hoc eſt cū pace tua ꝛ te permittente.

Venus: dea putata eſt ꝙ ad omnia veniat. Cice. Que autē dea ad res omes veniret venerē nominauerūt. Grece αφροδιτη dicitur ab αφροσ ſpuma: quoniā ex ſaturni teſtibus ꝛ maris ſpuma nata ſit. Eſt ꝛ Venus infima quinq3 errantiū ſtella et terre proxima q̄ phoſphoros grece: lucifer latine dicitur cū antegraditur ſolem. Cum autē ſubſequit̄ heſperos/veſper/et veſperugo. Ponitur etiā venus ꝓ libidine ꝛ coeundi appetitu. Seneca. Or in venerem pronior eſſet. Interdū ꝓ pulchritudine. Quinti. Quod cū gratia quadā et venere dicit̄. Hinc venuſtas pulchritudo. Mnaſalchus autē in epigrāmatis ασυριγξιτο ωδε παραφρογεμειαμ οροουσασ τιπι απο πομεριου χειλεοσ ωδεπα ρει ουτοι πρωμεσ εθω δε αγκεαπαρια δε εροτεσ και ποθοσ αδεαγρια μουσεμ ο ρειμεωεται.

Venuſtas: a venere cum pulchritudinē ſignificat venuſtatem fgminis: dignitatem viris conuenire docet. Cice. Si luna a ioue defluat ad venerem facit venuſtos: ꝛ quibus vt Firmicus in quarto matheſeos ex venuſtate poteſtas maxima cōparetur. Hinc venuſtas capitur pro gratia dicendi et venere: amabiliq3 ſuauitate. Unde venuſtus a. um. vt venuſt⁹ homo: et lepida oratio: que ita inter ſe differunt: ꝙ venuſtū vocam⁹ qđ cū gratia quadā ꝛ venere dicit̄. Lepidū quod rotunditate quadam ꝛ breuitate atq3 acumine verborū venuſtum eſt.

Venuſto as. orno. Amb. lib. hexa. Ideo primum fecit deus: poſtea venuſtauit: vt eundē credamus ornaſſe qui fecit: et feciſſe qui ornauerit. Huius contrarium eſt Deuenuſto. Gel. Tanq3 pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet.

Veneror: ex venia ꝛ orando compoſitum eſſe videtur: quaſi veniam oro. Eſt autē venerari colere ꝛ veneratio honor et cultus. Poete tamē quādoq3 veneratū pro venerabili ponunt. Virg. Curſuſq3 dabit venerata ſacerdos.

Venerabilis: qui cultu ꝛ veneratione dignus eſt. Pli. Vir grauis et ipſa ſenectute venerabilis. Nomina enim que in bilis deſinunt a verbis venientia: quandoq3 infinitū paſſiuū eius verbi ſignificāt cū dignus vt Spectabilis dign⁹ ſpectari. Admirabilis dignus qui ſit admirationi. Quandoq3 infinitū vel actiuum vel paſſiuū cū poteſt: vel natura aptū eſt. vt Riſibilis qui poteſt vel natura aptus eſt ridere. Penetrabilis qui poteſt vel natura aptus eſt penetrari. Stabilis/qui poteſt vel natura aptus ē diu ſtare. Poſſibilis qui fieri poteſt.

Venerandus: idē ꝙ venerabilis. Seneca. Vocē eſtimatione dignā ꝛ omī ſeculo venerandā. Vñ nō deſino admirari inſcitiā vel poti⁹ inſolentiā quorūdā ſacratorū qui indignant̄: nō ſibi ſcribi cū lr̄e dant̄: Venerandū aut reuerendū dicentes: Venerabilē omibus conuenire. Venerandum autē vel reuerendum ſolis prelatis/et reuerendiſſimus: o barbaries.

Veneranter: ſignificat cū veneratione. Apul. Et ab eo veneranter exceptus paululū quieui.

Venor aris. feras indago: et q̄ſi circūuenio: a venio vt quidā arbitrati ſūt deductū: ꝓterea ꝙ veteres venari paſſiue pro circūueniri poſuerūt. Ennius. Teneor correpta ⁊ vndiq; venor. A quo ꝑ trāſlationē venari capimus ꝓ captare: hoc ē artificio quodā et ſolertia querere: vt venor laudē/gloriā. Quod etiā aucupari

Venatus us. ipſa venatio: vt eſt in gñ. Cū/ (dicimus. ꝗ venatu aliquid ceperis.

Venaticus a. um. qđ ad venationē ꝑtinet. Vñ venaticos canes dicim⁹ quib⁹ feras ꝑſeq̄mur. Var. Canū duo genera: vnū venaticū: alterū qđ cuſtodie cauſa

Venatorius a. um. idē quod venaticus: vt (paratur. venatoria inſtrumenta: quibus in venando vtimur.

Venabulū telū quo venantes vtuntur aciei longiſſime apud nos cornibus hinc et inde extantibus. Mar. Si directa geres lōgo venabula roſtro. Hic breuis in grandē cōminus ibis aprum.

Venaphrū a venere et aphros componiť: et eſt nomē oppidi in Campania: in cui⁹ agro fiebat optimū oleū Mar. Hoc tibi Cāpani ſudauit bacca venaphri.

Venetia: regio italie: q̄ a Mintio amne vſq; tiliamentum ꝓtendiť. Ab Enetis pplis dicta: qui poſt bellū troianū cū Antenore ſalutē ꝯſecuti curſum huc e paphlagonia tenuere. Auctor Pli. Alij a gallis eiuſdē appellationis originem traxiſſe dixerūt. Fuerunt eñ veneti ppli inter celtas littora oceani gallici incolentes: q̄s Ceſar nauali prelio ſuperauit. In hac regiōe ſunt vrbes illuſtres. Verona: Vincentia: Patauiū: et Venetie ciuitas: et virunus placida ⁊ amena.

Venetie ciuitas inſignis: q̄ anno a natali chriſtiano q̄nquageſimoquarto ſup̄ quadringētēſimū ꝯdita fuit: quo anno Attila rex hunnorū aquileiam euertit: de cuius laude quoniā apud iacobi philippi chronicā a nobis late congeſtū eſt: duximus omittendū.

Venetus a. um. pe. cor. quod e venetijs eſt: vt Veneti ciues: venet⁹ color: vt ait Vege. ceruleus đr q̄ color eſt marinis fluctib⁹ ſilis. ſcribit Lāpri. Heliogabalū comediſſe piſces coctos conditura veneta: q̄ſi in marina aqua cū colore ſuo. A q̄ colore aurigarū factio veneta noiať. Et qui eo colore induebanť: venetiani dicebanť. Vege. lib. iiij. de re militari ſcribit nautas veſte veneta eſſe induēdos: et vela nauiū exploratoriarū colore veneto eſſe tingēda. Hic color etiā thalaſſicus. i. marinus diciť. Greci enim thalaſſan mare appellant. Idē a colore ferri ferrugineus diciť.

Vendico as pen. cor. approprio ⁊ meū eſſe dico. Amb. Aues celi ſpeciale ſibi nihil vendicant. Vindico ꝓ vlciſcor: quaſi vim dico.

Venter capiť pro eo qui videť: hoc ē qui a pectore ad pubē terminať. Hicq; extendiť: quoniā ex pelliculis conſtet: q̄s vocant pantices. Iuue. Montani quoq; venter adeſt abdomine tardus. Sed proprie eſt vbi cibi conficiunť. Cui⁹ dimi. eſt ventriculus. Cor. Cel. Ventriculus autē qui receptaculum cibi eſt: conſtat e duobus tergoribus: vſq; inter lyenē ⁊ iecur poſit⁹ eſt. Huius duo ſunt orificia vt inquit Macro. ſuperius ⁊ inferius. Superiore deuorata recipiunť. Inferiore q̄ excreturi ſumus emittunť. Aliqñ poniť ꝓ ſtomacho. Iuue. Ventre nihil noui frugali⁹. Aliqñ ꝓ aluo. Cel. li. iij. Vbi ab inferiore parte purgādus aliquis eſt: ventrē eius ante ſoluendū eſſe. Vterus ideo đr quia cōtinet: et tanq; vter eſt.

Ventrioſus: qui ⁊ vētricoſus đr: qui magnū hʒ ventrē Plau. in merca. Ego dicā varū ventricoſum. Nam c. littera ſepe addiť. Nā arcadius archadicus. Sardonius ſardonicus. Num ⁊ nūc. Tum ⁊ tūc. Iuue. Viuendū eſt recte tū ꝓpter plurima tunc his ꝓcipue

Ventrale: veſtimentum ventrē contegens. (cauſis. Plin. Patris mei memoria cepere amphimala nr̄a ſicut villoſa etiā ventralia.

Vepres tam in ſingulari q̄ plurali generis maſcu. ſm̄ Probū: et femi. ſm̄ Priſci. rubus ſiue ſpina diciť: ꝙ vehemēter prehendat. Ouid. lib. v. me. Aut lepori qui vepre latens hoſtilia cernit Ora canū. Hui⁹ diminutiuū eſt veprecula. Cic. pro Sex. Vtilla ex vepreculis extracta nitedula remp. conareť arrodere.

Vepretum locus vepribus plenus.

Ver/anni pars temperatior: a veniendo ꝙ tum venire: id ē oriri ⁊ creſcere incipiūt virgulta/⁊ frōdes ac flores arborū atq; herbarū. Vel đr a viuēdo q̄ſi viuer: vel a vertendo ꝙ tum ſe vertere incipiat tēpus anni Quippe ver nouū anni initiū eſt. Diuidiť eñ ver vt cetere partes anni in partes nouū/adultū/ ⁊ ꝓceps. Ver ſacrum dicebant veteres in quo ſacra ⁊ ludos faciebant. Quod quidā q̄ſi religioſum putant dictū. Siſēna. Quoniā ſabini feruntur vouiſſe ſi res cōis melioribus locis cōſtitiſſet ſe ver ſacrū facturos: vel potius απο του εαρ ροσ.

Vernus a. um. quod eſt veris. vnde Amb. Vernā temperiem dixit.

Verna: ſeruus ex ancilla nominatus a vere: ꝙ hoc tempus anni ad generandū maxime ſit idoneū. Et quia dñi cū ancillis conſuetudinē habebāt verno tēpore: ideo ſeruos dominatos vernas appellauerūt. Hui⁹ diminutiuū eſt vernula.

Vernaculus a. um. đr omē qđ domi nr̄e naſciť: vel qđ in nr̄a patria eſt. Vnde vernacula lingua đr vel ſeruilis: vł plebeia: qua tanq; cōi ac naturali omes vulgo loquunť. Vernaculus mos. i. domeſticus vł patrie. Interdū poniť ꝓ proprio ac peculiaribus ac vernaculis italie. Interdū ꝓ eo qđ a nobis domeſtica cōſuetudine vſurpať. Cice. in bru. Neſcio quo ſapore vernaculo. Cice. in ver. acti. vj. Nō vt ſolem⁹ interdum in defenſionibus dicere crimen domeſticum ac vernaculū. Vernaculi etiā dicunť malis morib⁹ homines: et lingua ꝓterua ꝙ vernarū ſimiles ſint q̄b⁹ ars eſt adulari ⁊ maledicere. Itē vernaculū diciť qđ eſt veris. Pli. lib. xvij. Vernacula putatio deiectis per ramos vitiū crinibus circūueſtit arborem.

Verno as. pullulo. Mar. Dū tibi vernarent tenera lanugine male. i. pilos emittere inciperēt. Hiero. per tranſlationē in explanatiōe cāticorū Vbi inq̄t ex aīa deſideriorꝫ tempeſtas defuerit: tūc incipiēt in ea flores vernare virtutum. Aliqñ vernare ſplendere eſt. Amb. Circūdedit me vernātibus atq; coruſcantib⁹ gemmis precioſis. Aliqñ pro canere. Plaut. Dum auicule vernāt. Quippe verno tpe oīa letari videnť.

Vernilitus: pro adulatore a veteribus vſurpať. Ceci. Credo nimis tandē hic ſit vernilitus.

Vernilis ⁊ hoc vernile pen. pro. idē quod ſeruilis: ſiue ſcurrilis. Verniliter/ſcurriliter/ſeu adulatorie.

Vernalis ⁊ hoc vernale: quod eſt veris. Augu. lib. vij. de ci. dei. Propter vernalē quippe faciē terre q̄ ceteris tēporibus eſt pulchrior Porphyrius phus nobilis atyn florem ſignificare ꝓhibuit.

Vernatio: corium vetus quo ſerpētes exuunť: quoniā id vere fit. Notum eſt ſerpentes quotannis verno tempore exuere membranam corporis hyberno ſitu obductā. Plin. Lendes tolluntur adipe canino vel anguibus in cibū ſumptis anguillarū modo: aut vernatione quā exuunt pota. Idē. Anguine vernatiōis membrana cuʒ oleo tedeq; reſina calefacta auribus prodeſt. Eadem ſenectus dicitur. Vide in dictione Senectus.

Vernactum: terra vere proſciſſa: quia vere actū aruū: id eſt verſum eſt. Plini. Quidā vtiq; ab equinoctio verno proſcindi volūt: quodq; vere ſemel aratū eſt: a tēporis argumento vernactū vocatur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Veratrū pe.coꝛ.herba:que ⁊ helleboꝛus:ꝙ mētē auertat. Perſius. Ebꝛia veratro. Huiꝰ duo ſunt genera: albū ⁊ nigrū: vtrunqꝫ radice fibꝛata ceparū modo.

Verbanus:lacus ciſalpinę gallię:ex q̄ Ticinus fluuius emergit:ſeu per quē ex alpibus effluit in padū. Nūc lacum maioꝛē appellant.

Verber:inſtrumentū longum et exile qualis eſt virga: baculus:arūdo:et ſi quid eſt ſimile. Pꝛopꝛie autē ſignificat ſummitatē ſarmentoꝛū. Quintil. Ignesqꝫ ex ꝓximo raptos:verberaqꝫ q̄ caſus obtulerat in vado

Verbero as.cedo verbere. Sic eñ a ỽbere fit ỽbero: quomō a fuſtis fuſtigo:a flagellū flagello. Licet etiā de verbis dicat̃: quoniā vt teſtat̃ Nonius: non ſolū verberare a verberibus dictū:ſed ⁊ a verbis. Plau. in aul. Nam cur me miſerā verberas. Huius cōpoſita ſūt: Diuerbero:deuerbero. Ter. in phoꝛ. Quot me cenſes hoīes iam deuerberaſſe vſqꝫ ad necē hoſpites tum etiā ciues. Euerbero. Reuerbero repercutio:impedio. Col.li.iiij. Ut mota ęqualiter humꝰ nouellis ſeminis radicibꝰ quācunqꝫ in partē ꝓrepſerint molliter cedat:ne incremēta duricia reuerberet: ſed tenera velut intimo ſinu recipiat. Tranſuerbero feriēdo/traijcio/trāſfodio. Lact. Nā doloꝛe iniurie concitatus ydas alterū gladio tranſuerberauit.

Verbero onis.qui eſt verbere dignus. Et eſt contumelia ſeruoꝛum.

Verbereus a.um.qđ eſt dignū vt verberet̃. Plau. Sꝫ eccū video verbereā ſtatuā vt magnifice infert ſeſe.

Verberalis: verbere dignus:quaſi verberabilis:a quo verberalioꝛ verberaliſſimꝰ. Plau. Verberaliſſimus etiā rogitas nō fur:ſed trifur.

Verberatus as.ipſa verberatio.

Verberito as. ſępe ỽbero. Feſt. Verberitare idē cato frequentatiue ab eo qđ eſt verbero dixit.

Verbū: a verberatu: ꝙ verberato lingua intra palatū aere om̄is oꝛatio pꝛomat̃. Uñ et ꝓ qualitate dictiōe ponit̃:ſiue illa ſit nomē:ſiue ꝓnomē: ſiue vna aliarū partiū. Varro. A veritate deducit ꝙ verꝫ nos loqui opoꝛteat. Eſt autē verbuꝫ varie a varijs diffinitum: ꝓpterea ꝙ varie ſignificet. Primo eñ ſacre ſcripture diffiniunt verbū eſſe qđ intra animi ſilentiū mente concipimus: videlicet ipſam cogitationē quę adhuc conſcientie ſecreto retinet̃. Vocē vero ꝑ quā verbū pꝛofert̃ in mediū. Vox ſonus index eſt cogitatiōis: verbū vero ipa cogitatio. Sicut eñ quādo verbum coꝛde cōcipimus neceſſaria eſt vox q̄ſi quoddā vehiculū verbi:et quodlibet verbū ipſum ꝑ oꝛis ſonū ad aliū tranſferimus: tamē ſic eū integrū etiā intra nos clauſum tenemus:et ſic a loquēte tranſfert̃: vt tamē in ſua ſede teneat̃. Aliqñ ỽbū dicit̃: ꝙ a re ſiue facto diſtinguit̃: vt non eſt opus verbis: ſed factis. Hinc dare verba dicimus ꝓ decipere. Aliquādo ſumitur pꝛout eſt vna ex octo partibꝰ oꝛationis in quo om̄is vis oꝛatiōis eſt. Hinc verbale nomen đr qđ a verbo deſcendit. Aliquando capit̃ pro vniuſcuiuſqꝫ ſigno: quod ab audiēte poteſt intelligi. Uñ verboſus:multiloquus. Aliquādo pꝛo cōtexta oꝛatiōe: q̄uis in ea multa ſint: vt apud ꝓphetas ſępe legimus. Verbum quod factū eſt. Et apoſtolus. Pꝛeſbyteri duplici honoꝛe honoꝛent̃:maxime qui laboꝛant in verbo ⁊ doctrina. Quātocūqꝫ tp̄e quiſqꝫ in pꝛedicādo euāgeliū laboꝛauerit:non verboꝝ ſed ỽbi dei pꝛedicatoꝛ erit. Et quantocūqꝫ tēpoꝛe quis in vniuerſa vita ſua quā iſtam gerit carnē: quātalibet longitudine pꝛotēdat̃: quecunqꝫ verba/vel oꝛe/vel ſola cogitatiōe locutus fuerit coꝛde impenitenti cōtra remiſſionē peccatoꝝ que fit in eccleſia: verbū dicit ↄtra ſpiritūſanctū. Eſt et verbum ſententia ſeu enunciatio que vno ligat̃ et ſtringitur verbo. Terē. in adel. Poſtremo illud nō meū verbū facio:quod Ditio bene ⁊ ſapiēter dixti.

Verba dare:eſt decipere. Terē. in an. Cui verba dare eſt difficile.

Verba ad rem cōferre: eſt hoc agere quod dicit Terē. in beau. Verū ſi verba ad rem conferet: vapulabit.

Verbale: qđ a verbo deſcendit: vt lectoꝛ a lego: doctoꝛ a doceo.

Verbulum diminutiuū. Hiero. Secreta verbula non carent ſuſpitione.

Verboſus multiloquus. Cice. Habes epiſtolā verboſioꝛem foꝛtaſſe q̄ꝫ velles.

Verboſito as. verba pꝛofero. Hiero. Nullius eſt meriti oꝛe diuina officia verboſitare: et miſera mente q̄ intrinſecus imminent vagando circuire.

Veriuerbiū verus ſermo. Plaut. Tu repertus philocratem qui ſuperes veriuerbio.

Verbena ꝓpꝛie vt ait Ser. Herba ſacra ſūpta de loco ſacro capitolij: qua coꝛonabant̃ feciales et paterpatratus fędera facturi: vel bella indicturi. Abuſiue tñ etiā verbenas vocamus om̄es frondes ſacratas: vt eſt Laurus/oliua/vel myrthus. Terē. in an. Ex ara hinc verbenas ſume. Nam myrthū fuiſſe Menāder teſtatur. Do. vero verbenas ait eſſe om̄es herbas: ⁊ frondes feſtas ad aras coꝛonādas ex aliquo loco puro decerptas: quaſi herbenas. Pli. libꝛo. xxij. ſcribit nomine ſaginū ⁊ verbenarū ſignificari gramen ex arce cum ſua terra euulſum. Idē lib. xxv. Verbenacā peculiarit̃ vocat herbā quā gręci hierobotanen: q̄ſi ſacram herbā dicunt: aliqui periſtereon: quaſi columbariam: ſed in ſimplicibus quis melioꝛ: ac ſine comparatione pꝛeſtantioꝛ q̄ꝫ Dioſcoꝛi. Hic igitur de verbena ita ſcribit. περιστειρον φυεται εν τοισ εφιδροισ τοποισ οι δετριγωνον οι δεβουνιον οιλει εραβοταινη οιλε φιλτρο δοτησ αιγιπτι οι πεψετε προφηται ηρασ δακρυον οιδε αιμαγαλησ οιδε αιμα ερμου ρωμαιο ικρισ ταγαλλιρακια οιδε περισ ερεωνα ορθον ονομασται.

Vergilie ſtellę ſūt quę ⁊ pliades: et Inſtitoꝛ veris dicũtur: ita appellate ꝙ earū oꝛtu ver ſinē facit ſeu ꝙ circa ęquinoctium vernū ſit earū oꝛtus matutinus. Sunt autē ſeptē in tauro locate: quarū ſigno exoꝛiēte ęſtas ſignificat̃: occidente hyems oſtendit̃. Earū exoꝛtus fit circa quinto idus maias diſtās ab ęquinoctio verno vndequinquageſimo die.

Vercelle inquit Hiero. Ligurū ciuitas haud pꝛocul a radicibus alpium ſita: olim potens: nūc raro eſt habitatoꝛe ſemiruta.

Vereoꝛ eris.itus.timeo. Sed ꝓpꝛie vereri liberoꝝ qui honeſtatis gratia mouent̃. Timere ſeruoꝛū qui foꝛmidine pene faciūt. dictū Vereoꝛ a ve: et reoꝛ: quaſi valde reoꝛ: quia ea que timemus multifacere ac diu cogitare ſolemus. Huiꝰ cōpoſitū eſt Reuereoꝛ: qđ eſt venerationi habeo: qđ eſt timoꝛ agendi quod repꝛehendi poſſit. hinc Reuerentia. Iuuena. His nullus verbis pudoꝛ aut reuerentia menſe.

Verenda dicunt̃ loca que nō niſi cū verecūdia noiant̃.

Verecundoꝛ verecundia teneoꝛ. Cice. libꝛo. iiij. de oꝛa. Alterū contātem ⁊ quaſi verecundantem incitabat Verecūdus qui verecundia tenetur. Licet quādoqꝫ pꝛo audaci ſumat̃. Plaut. Sic eſt: vera pꝛedico niſi etiā hoc falſo dici: inſimilaturus es: nimis verecūda es. Verecunde aduerbiū: cū pudoꝛe.

Veredarius nuncius/curſoꝛ/ſiue tabellarius equeſtris: celeri celeritate litteras perferens: vt a caballus caballarius. Veredus eñ đr equus velociſſimi curſus quibꝰ vſi ſunt maioꝛes in venatiōe. Mar. Partius vtaris moneo rapiente veredo. Idē. Stragula ſuccincti venatoꝛ ſume veredi. Talibꝰ noſtra tēpeſtate vtunt̃ lanceati equeſtres ſtratioticos q̄s dicunt lanceas manibus recipꝛocantes. Hiero. in lib. Heſter

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Epiſtolę miſſe ſunt per veredarios: et egreſſi ſunt veredarij celeres nūcios perferentes.

Vergo gis. ſi. ſm Diomedē xi. ſum. ſignificat declino. Virg. lib. xij. Quo vergat pondere letam. Huius cōpoſita ſūt Deuergo/ deorſum vergo: a quo deuergentia ꝓ curuatura. Gel. Nā quāta partiū circulorumq; celi ex deuergentia ⁊ cōuexionibꝰ quid varietatis ſit q̄s nō videt. Inuergo. Plau. in cur. Ipſum expecto tangere inuergere in me liquores tuos.

Verro is. verri: ſum. ſignificat traho a rete qđ verriculum dicit. Virg. Hinc verſa puluis inſcribit haſta. Idem. Quippe ferant rapidi ſecū verrātq; ꝑ auras Aliqñ verto. Idē. Adnixi torquēt ſpumas ⁊ cerula verrunt Aequora. Aliqñ mundo: ꝙ trahēdo ſordes mundent. Iuue. Verre pauimentū: nitidas oſtende columnas. Huius cōpoſita ſunt Cōuerro. Col. lib. viij. Diligens paſtor quotidie ſtabulū conuerrit: nec patitur ſtercus aut humorē cōſiſtere. Cato. Villam conuerſe mūdeq; habeat. Deuerro deorſum verro. Euerro extra verro.

Verriculū: rete piſcatoriū: qđ trahendo e vado educit Verricula veteres ꝓ articulo vſurpabant.

Verretrū: mēbrū virile a verrendo dictū. Hiero. Cur portas verretrū paule: cur a ſexu feminarū barba pilis aliaq; mēbrorū qualitate diſtingueris.

Verto tis. verti: verſum: a vere dici putatur: qm̄ vere annus incipit verti. Virg. Gorgona deſecto vertentem lumina collo. Interdum traho. Virg. Et verſa puluis inſcribit haſta. Interdū transfero: cum quippiā de vna in aliā linguā trāſferimus. Plau. Vertit barbare. Interdum conſidero/ voluo/ agito. Salu. Exercitū vertere. Huiꝰ cōpoſita ſūt. Aduerto/ animaduerto/ auerto/ conuerto/ circūuerto/ diuerto/ euerto/ inuerto/ interuerto/ obuerto/ peruerto/ reuertor ſubuerto/ et tranſuerto.

Vertor/ deponēs eiuſdē ſignificatiōis cū verto. Virg. Vertitur interea celū ⁊ ruit oceano nox. Hinc componunt Reuertor: et preuertor.

Vertere ſolū dicebant vrbe cedentes ſiue ob decoctā creditoribus pecuniā: ſiue ob exiliū. Liui. lib. iij. College eoꝝ exilij gratia ſolū verterūt. Cice. pro Cecin. Qui volūt penā aliquā ſubterfugere aut calamitatē eo ſolū vertunt. i. locū mutant.

Verſo as. frequētatiuū a verto. Hora. Vos exēplaria greca nocturna verſate manu verſate diurna. Et eſt actiuū: a quo fit verſor deponēs. Vnde cōtrouerſor Eſt autē verſari in aliqua re aſſiduum eſſe. Cice. In quibꝰ ꝓpter illas inſanias ſubſtructiōes facile mille hominū verſabat. Conuerſor: ⁊ diuerſor eiuſdē cum ſimplici ſignificantie. Aug. Sentiūt ſe eſſe peregrinos: ſic diuerſant in opulentia diuitiarū ſuarū: quomodo viator in ſtabulo tranſiturus nō poſſeſſurus.

Verſatilis ⁊ le. pe. cor. quod huc ⁊ illuc verſat: ſiue qđ idoneū eſt vt verſet: vt gladius verſatilis: axis verſatilis. Pli. lib. xxxvj. Idē molas verſatiles volſine

Verſipellis: qui facile vertit pellē: hoc eſt (inuentas. vultū ⁊ apparentiā ⁊ quomodolibet faciē mutat: id eſt verſutus ac diſſimulator: qui modo vnum: modo aliud oſtendit. Plau. in am. ꝓprie dixit. Verſipellē ſe facit qñ lubet. Sunt qui dicāt vulgo infixā opinionem eſſe hoies in lupos verti: rurſuq; reſtitui ſibi.

Verſutus qui vertit. Plau. in epi. Verſutior es q̄ rota figularis. Cic. li. iij. de na. deoꝝ. Verſutus a ꝟſando dr cuius tanq; celer rota mēs verſat. Aliqñ tñ verſutus ꝓ perito ponit. Plau. Nec magis verſutū: nec quo careas egrius. Proprie tñ verſuti dicuntur qui mentē crebro ad maliciā vertant. Hinc verſutia calliditas/ malicia. Verſutiloquus: et verſutiloquax.

Verſicolor penulti. correpta apud iuriſconſulto dicit id quod vertit ⁊ mutat colorez. Vnde veſtes que ex lana non tincta. i. natiuo colore ſunt facte: colorie dicūtur: q2 naturalē colorē habēt: ſiue albū: ſiue pullū: ſiue rufum. Que ꝟo in aliū colorē verſe ſunt verſicolorie. Proprie tñ a Pli. verſicolorie ſeu ꝟſicolores dicunt: que varijs coloribus conſtant: quaſi eos mutare inuicem videātur: vt eſt cauda pauonis ⁊ collū columbe: et aqua maris. Liui. Punico bello interdictum fuiſſe mulieribus ne verſicoloribꝰ veſtirent id ē coloris varietate diſtinctis. Illud vero Virg. verſicoloribus armis. Exponit Seruius: depictis propter qđ bellicoſus oſtendit.

Verſura: a verto is. dicit: cū aliquid vertitur. Var. lib. j. de re ruſ. Notāt aliq̄ ex quibuſdā folijs ꝓpter eoꝝ verſurā: qđ ſit anni tēpus vt dici poſſit vt olea ⁊ populus alba/ et ſalix: hoꝝ eñ folia cū cōuertunt ſe ſolſtitiū dr fuiſſe. Itez verſura dr locus ad quē cū quis peruenerit reuertit. Col. lib. ij. Sulcū aūt ducere lōgiorē q̄ pedū centumuiginti contrariū pecori eſt: cū ventū erit ad verſurā in priorē partē iugū ꝓpellat: ⁊ boues inbibeat: vt colla eorū refrigeſcāt. Itē verſura eſt quā greci campen vocāt: flexus ipſe angulorū in edificijs et parietibus exterior: vt eſt apud Vict. Propter qđ et crura ipſa vege. in iumētis gambas vocat: q̄ſi campas. Verſurā facere antiqui dicebant mutuo pecuniā ſumere: ꝙ initio qui mutuabātur ab alijs nō vt domū ferrent: ſed vt alijs ſoluerēt id faciebant: et velut vertere creditorem videbantur. Do. verſuram facere eſt es alienum ex ere alieno ſoluere. Hoc fit qñ es alienū nobis conflatū fuerit: nec nobis tantū pecuniarū ſit vt id diſſoluere liceat vbi diſſoluēdi tēpus aduenerit: mutamꝰ creditorē ab altero. ſ. vſurariū es accipiētes qđ alteri reddamus. Hiero. de morte. Paule. Liberalitas ſola excedebat modū ⁊ vſuras tribuens: verſuram quoq; ſepe faciebat: vt nulli ſtipes rogantiū denegaret. Terē. Verſurā ſolues. i. creditorē mutabis. Sene. Ab epicuro verſura facienda eſt: qđ ſignificat mutuationem ſententie faciēdā eſſe ab epicurio. Cice. pro Celio. Nulli ſumptus: nulla iactura: nulla verſura.

Verſoria: apud Plautū videt eſſe inſtrumētū nauticū: ex quo ſoluturi cognoſcebāt vnde flarēt venti: et an mare admitteret: cuiuſmodi fere apud nos magnetis vſus in eo vaſe quod pixidecula vocat.

Verſus a. um. participiū: vt riſus verſus eſt in luctum.

Verſus us. carmen a verto. Augu. lib. ij. de ordine. Et ne longius pedū curſus ꝓuolueretur q̄ eius iudiciū poſſet iuſtinere: modū ſtatuit vnde reuerteretur. Et ab eo ipſo verſum vocauit. Interdū ꝟſus ſignificat ordinem ſeu tractū. Virg. Ille etiā ſeras in verſum diſtulit vlmos. Interdū cantū. Pli. Cantū imitabātur luſcinię iuniores verſumq; quē imitent accipiūt.

Verſus ꝑpoſitio actm̄ requirit: et fere ſꝑ poſtponitur. Plaut. Ego portū verſus pergā et ꝑquirā: quē ſi nō inuenero: domū ꝟſus reuertar. Dicimꝰ etiā Quoq; ꝟſus: quaq; ꝟſus: vtroq; ꝟſus. i. in vnāquāq; partē. Quocūq;. i. in vtrāq; partē: h3 qñq; adiūctā aliquā ꝑpōem: vt ad occidentē ꝟſus: ad caſtra ꝟſus: in forū verſus. Ci. in Lel. Is primū in forū verſus inſtituit agere cum pplo. Qñq; aduerbiū: vt ſurſum verſus. Dicimus etiā verſum. Vnde aduerſum ⁊ aduerſus

Vertex: qui ⁊ vortex: a verto is. ꝓprie vertices dicunt ꝯtorti vēti ac rotati: a quibꝰ fit qui tiphon vocat: id ē vibratus. Vortice: vt inq̄t Apul. in coſmo. Torquet humus arida: et ab imo erigit ad ſummū. Ventus auctore Sene. li. v. naturaliū q̄ſtionū: aliq̄ ꝓmontorio repcuſſus atq; reuolutꝰ facit corticē/ q̄ circunactus ad eundē ambiēs locū: ac ſeipſa vertigine cōcitans: vertigo vocat. docet Quint. lib. viij. verticem eſſe ꝯtortā in ſe aquā: vel quicq̄d aliud ſilr vertitur. Vir. Ingēs a vertice pontꝰ. Ci. li. ij. tuſ. Per trāſla

tionē vertice dolorū dixit ꝓ vertigine: rotationeq̄ q̄ in doloribus circūagit: lucinatq̄ precordia. Inde ꝓpter flexū capilloꝝ pars ſumma capitis dicit̃ vertex ſiue q꞉ ad occipitiū indecliue vertit̃. Vn̄ dicere ſolemus a vertice vſq̄ ad calcē. i. a p̄ncipio vſq̄ ad finē. Apul. tn̄ ad verticē appellat qđ tenui cute capilliſq̄ contegit̃: qui in dogmate platonis ſic ſcribit Deniq̄ ipſius capitis verticem ſpecta tenui cute cōtectum: capilliſq̄ hirſutū aduerſus vi frigoris ⁊ calor͛. Pli. lib. xj. Binos hoim tm̄ aliq̄bus vertices dat cū ait. Vertices bini hoim tm̄ aliquibus capit͛ oſſa plana. Ab hui⁹ ſimilitudine qđ in montib⁹ eminentiſſimū ē vertex appellat̃: qm̄ que ibi naſcunt̃: partim in dexterā: ptim in ſiniſtrā vertant̃. Itē altiſſime ptes cęli q̄s greci polos vocāt: dicūt̃ vertices: ꝙ circa hos mūd⁹ rotet̃. Virg. Hic vertex nobis ſp ſublimis: at illum Sub pedib⁹ nox atra videt: maneſq̄ ꝓfundi. Propt̃ qđ etiā cardines dicūt̃ a ſilitudine coꝝ cardinū circa q̄s value voluunt̃. apud Virg. lib. geor. ꝓ aquilone ponit̃. Tēpeſtas a vertice ſiluis Incubuit. Proprie tn̄ vn̄ initiū eſt: vortices antiqui per o. lr̄am ꝓnūciabant. Primus aphricanus per e vertices dixit.

Vertebra pe. cor. ſiue vertibulū dr̄ vbi ſumme oſſium partes nō ęq̄liter finiūt: ſʒ q̄buſdā craſſiorib⁹ nodis ꝯglobate ⁊ ſubſtringūt̃ facili⁹ neruis: ⁊ tuti⁹ vertūt̃.

Verticulū inſtrumentū quod fuſo adhibet̃: vt facilius vertat̃. Cuius diminutiuū eſt verticillū.

Vertigo pe. pro. idem quod vertex: morbus capitis ex frigidis ⁊ lent͛ humorib⁹ deuocatis oritur: ita vt ſic affecti occaſione parua ſuccidāt. Dictus qm̄ oculos eoꝝ verticoſa quadā ⁊ rotatilia circūagi videantur. Gręci Scotoma ſiue Scotomiā vocant.

Vertunus per ſimplex n. ſicut portunus: dict⁹ fuit de⁹ in vertendarū rerū. i. emendarū ac vendēdarū vl̄ vt inquit Po. qui rebus ad opinata reuertētibus p̄eſt. Sępe autē male cedit quod bonū putatur: et hoc eſt male vertiſſe: vt ille gladi⁹ qui muneri datus eſt adminiculū fuit reginę pereuntis. Terē. in adel. Que res tibi male vertat. Vel vertunus dictus ē annus: a vertendo. Semꝑ em̄ cōuertit̃ finito curſu. Hora. Viuere vertunis quotquot ſum natus iniquis. Vn̄ annus vertens cuʒ ſol ad ſignū vnde ceperat redit: vt inquit Vict. vel dicit̃ vertunus a verſo mutatoq̄ curſu fluminis tyberini. Ouid. lib. vj. faſt. Nomen ab aduerſo ceperat amne deus: vel dicit̃ vertunus ꝙ vertat̃ in quācunq̄ figurā.

Vertunalia: vertuni feſta: que fiebant menſe octobri.

Vertius: magnarū viriū dicit̃. Pompo. Homo in currendo vertius qui cū atlante contendat.

Verrunco as. ſignificat verto.

Verpus: decorticatus: pellem non habens. Quo noie etiā dictus eſt digitus medius a verrēdo podice. Et Iudei dicti ſunt verpi: ꝙ auerſam ab alijs naturam habere videant̃. Iuue. Eadē niſi ſacra colenti Queſitū ad frontē ſolos deducere verpos. Vel ꝙ patientes ſanguinis fluxū hoc digito verrēdo podici vtunt̃ Et verpa mēbrū virile. Mar. Nō niſi ꝑ ſomnū nūc arrigis ⁊ tibi meui. Incipit in medios meiere verpa pedes. Dicta verpa ab inuerſa pellicula.

Vertagi: dicuntur canes ſponte in venationē exeūtes: predamq̄ domū referentes. Mar. Non ſibi ſed domino venatur vertagus acer. Ille ego ſum leporem qui tibi dente feret.

Verres is. ⁊ verri nomen ꝓpriū viri romani cōtra quē Cicero orationes habuit: que verrine appellant̃. Et verres porcus nō caſtratus dicit̃.

Verum/ ſolidū/ ſyncerum/ nō falſum: ꝙ verno tpe ſole arietē ingreſſo omnia vere naſcunt̃: paratuſq̄ ad maturitatē perueniāt: cū alijs tēporibus nata deficiāt. Augu. lib. ij. ſoliloquioꝝ. Verū eſt quod ita ſe habet vt cognitori videt̃ ſi velit poſſitq̄ cognoſcere. Quidā hoc nomē a ve particula q̄ vehementiā ſignificat et res deducūt: quaſi nō verborū inanis ſonitus: ſed ſolida res. Hinc veritas dicta ē: ⁊ verifico as. Aliq̄n verū dr̄ bonū/ ęquū/ iuſtū/ ⁊ par vtile. Hora. li. j. epiſtolarū. Metiri ſe quēq̄ ſuo modulo ac pede verū. Cice. lib. iij. tuſ. Si maxime verū ſit ad corpus om̄ia referre ſapientem. Aliq̄n ſumitur pro veridico: ſicut econtrario falſum ꝓ fallace. Teren in an. Sū verus Quādo vo coniunctio eſt: ponit̃ pro ſed/ et ſępe iungit̃ cū tn̄ vt verūtn̄: et cū enimuero: vt verūenimuero. Et cum em̄. Teren. in adel. Verumenim quando promerui fiat. i. certe.

Vero aduerbiū ſignificat certe/ vere: ⁊ ponit̃ in ſecūdo loco orationis. Virg͛. Egregiā vero laudē ⁊ ſpolia ampla refertis: Tuq̄ puerq̄ tu⁹. Eſt autē cōiunctio affirmatiua. Cice. Ego vero ſerui vellē vt ſcribis in meo grauiſſimo caſu affuiſſes. Interdū eſt aduerſatiua: et ſignificat autē. Et in eodē loco vtraq̄ hęc coniunctio poni poteſt: antecedente ſemꝑ aliq̄ dictione. Seneca. Honeſtā tibi ꝓuinciā delegauerā: tu vero tanq̄ turpē recuſaſti. Interdū expletiua eſt: quādo. ſ. ornatus tantū cauſa ponit̃: vt Tu quidē ſcribis: ego vero lego. Nuſq̄ em̄ refert̃: ſed tantū a ſentētia ſententiā diſtinguit. Ponit̃ etiā ꝓ quinimmo. Seneca. Socratē cū platone: et ꝣenonē et cleantem in animū meum ſine dignatione recipiam? Ego vero illos veneror: et tantis nominibus ſemper aſſurgo. Pli. in prefa. Proinde occupantibus locū faueo ego vero ⁊ poſteris. Dicimus autē ageuero: ſaneuero: iamuero: enimuero: atuero.

Vero as. verū dico. Gellius. Satin vates verāt ętate in agenda. Eſt ⁊ verare vera rep̄ſentare. Sidonius. Quotiens verba grata carmine verat.

Verax: qui vera dicit: ⁊ nō mentit̃: et plus eſt q̄ꝫ verus: q꞉ in. x. terminata v̄balia copiā ſignificant: vt bibax. Hinc veracitas: quę eſt ſermonis integritas.

Veridicus qui vera dicit. Similiter veriloquus: et veriloquax: qui licet multa loquat̃: non tn̄ mentitur.

Veriſimile dicitur id quod licet non ſit verū: veri tamē

Vero fluuius celtiberie: a quo ppl̄i (ſimilitudinē hʒ. verones dicti ſunt circa eū habitantes.

Verona ciuitas venetię a Gallis condita: duce brenno a quo Brenona primo: deinde mutatis lr̄is: verona dicta eſt: vt Iuſtinus libro. xx. refert: quam Atheſis fluuius interfluit. Ex hac vrbe preſtantes viri orti fuerūt. Catullus ⁊ Aemilius macer poete: et ꝣeno pōtifex ſanctitate clarus. Hinc fiunt adiectiua veroneus: ⁊ veronenſis.

Verruca pe. pro. locus in monte ęditior. Cato. Cenſeo inquit ſi rem ſeruare vis faciundū: vt quadringētos aliquos milites ad verrucā illaʒ ire iubeas: eam vti occupēt impores. Hinc carūcula eminēs in corpore ſine prurituu: et vulgo porrus dicit̃: verruca vocatur. Pli. Ocymū mixto atramēto ſutorio verrucas tollit. Serenus. Interdū exiſtit turpi verruca papilla. Hinc quondā fabio verū cognomē adheſit: Qui ſolus patrie cunctādo reſtituit rem. Hui⁹ diminutiuū eſt verrucula. Colu. lib. viij. Caper cui ſub maxillis bine verrucule collo pendent: optimus habetur.

Verrucoſus: homo verrucis plenus: et varias eminentes partes habens. Verrucoſa loca inęqualia et diuerſas partes eminentes habentia.

Verrucaria: herba q̄ verrucas tollit. Plin. Verrucas cū ſale tollit ſuccus e folio. Vn̄ nr̄i verrucariā herbā appellauere. Alio noie Heliotropiū vocat̃.

Veruex: ab inuerſis teſticulis dicitur. Eſt em̄ mas inter oues: cui inuerſi ſiue adempti ſunt teſticuli. Nā qui ad generandā ſobolem integer tenet̃ Aries dicitur. Sectarius veruex qui gregē agnoꝝ p̄cedens ducit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Inde ſit veruecinus a.um.pe.pro.Pli.Et hyrcinus
⁊ veruecinus adeps ei vtilis eſt.

Veru in ſingulari eſt indeclinabile:in plurali hꝫ oēs
caſus:ſignificatqꝫ inſtrumētū ferreū cū cuſpide: quo
carnes ad ignē torrere ſolemus. Virgi. Pinguiaqꝫ
in verubꝰ torrebimꝰ exta colurnis:a verſando dedu/
ctū nomē vt inqͭt varro. Nā ad ignē iugiter verſatur
Hinc telū ad eius ſimilitudinē factū veru dr̄. Virgi.
Et tereti pugnāt mucrone veruqꝫ ſabello. Vñ veru/
ta pila dicunt̄:que verua habēt ꝓfixa. hinc Luc.lib.
viij. Ceſaries compreſſa manu pharioqꝫ veruto. Et
veruti populi volſci dicti ſunt:ꝙ dolōibus in prelio
vterent̄. Virgi.lib.ij.geor. Aſſuetūqꝫ malo ligurem
volſcoſqꝫ verutos:veru a grecis dr̄ obelus.

Veruculū diminutiuū paruum veru:inſtrumentū quo
fabri vtunt̄ e ferro. Pli. Spuma ex argento ſublata
veruculis ferreis atqꝫ in ipſa flāma cōuoluit̄ verucu
lo vt ſit modici ponderis.

Vermis a vertēdo dicit̄: ꝙ ſeſe torquēdo repat. Huiꝰ
diminutiuū eſt vermiculus.

Vermina: dolores corporis: qui quodā minuto motu
qͣſi vermes ſcindere vident̄. Pli. Magi eo vermina
⁊ diſintheriam curari putant.

Vermino as.penult.cor.vermes habeo. Cor. Celſus.
Nihil eſt pernitioſius pueris dum vermināt. Hinc
verminatio pro morbo ꝓſertim in iumētis. Seneca.
Morborū prima verminatio vexat. Hinc vermina
tur.ꝑ torquet̄. Var. Septimo mēſe verminari cepit:
partū putauit propinquū.

Verminoſus qui vermes habet. Vñ verminoſe aures
que intus vermes habent.

Vermiculor aris.vermiculoſum facio. Pli. Vermicu/
lantur magis minute quedā arbores omnes tñ fere:
idqꝫ aues caui corticis ſono experiunt̄. Hinc vermi/
culari opa minuta facere. Et vermiculata opa dicun
tur que paruis teſtulis elaborata ſūt qualia q̄ muſa/
ica vocant. Muſea eñ appellant̄ que in edificijs ex
pumicibus dependentia fiunt ad imaginem ſpecus
reddēdā. Pli. Vermiculatis ad effigiē rerū ⁊ aīaliū
cruſtis. Et vermiculatim minutim.

Veſanus pe.ꝓ.vecors/crudelis/furioſus: a quo veſa/ (nia vecordia.

Veſcus a.um.a ve:et eſca cōpoſitū eſt:
et ſignificat cū edendi faſtidio. ſic Lucillus appellat
veſcū vt id dicat̄ quod in eſca ⁊ cibatu appetit̄: et id
faſtidioſum eſt. Feſtus etiā ſcribit veſcū ſignificare
faſtidioſum ⁊ edacē. Veſcum quoqꝫ dicit̄ quicqͩd ad
eſcā ꝑtinet:⁊ quicqͩd edibile eſt:ab edendi intēſione.
vnde Lucre. Veſcū ſalem:vt ve habeat vim augēdi
intēdendi ve: veſcumqꝫ papauer:ꝙ videlicet in cibis
adhibeat̄. Et veſcas ſalicū frondes: qm̄ eſcis iuuēco
rum ſūt accōmodate. Rurſus veſcū ponit̄ ꝓ paruo
⁊ minuto. vñ et apud Marſos lingua vernacula cū
dicūt maluā veſcā:intelligūt de ea quā paruā dicūt.
Ouid.lib.ij.faſt. Nunc vocor ad nomen ve grandia
farra coloni. Que male creuerunt: veſcaqꝫ parua vo
cant. Pli.lib.vij. Corpore veſcos eſſe ſed eximijs vi
ribus. Hinc veſculi male curati ⁊ graciles homines
nūcupātur. Et aranearū tele veſce dicunt̄. Seruius.
Qui frondes ſalicis veſcas pro teneris ⁊ arentibus
expoſuit iure inceſſitur:niſi ꝓ gracilibꝰ et male habi/
tis acceperit. Fere eñ quecūqꝫ macilenta ⁊ male cu/
rata ſunt hec tum ſicca eſſe:tum tenera.i.iniurijs ob/
noxia frangiqꝫ ac pati mollia.

Veſcor eris.proprie cibo vtor. Virgi. Veſcitur eneas
ſimul et troiana iuuētꝰ Perpetui tergo bouis. Et ſic
cōſtrui pōt cū actō. Hiero.in Leui. Vt offerat ꝓ ſe
duos paſſeres viuos q̄s veſci licitū eſt. Improprie
ꝓ vtor alibi poſuit Qr ſi fata virum ſeruant: ſi veſcit̄
aura etherea. Ponit̄ qñqꝫ ꝓ video. Actius. Prius
q̄ infans facinus admittat:oculi veſcunt̄ tibi.

Veſſica pe.pro. folliculus in quo vrina colligitur infra
aluū a priore parte. Caper tñ venſica per n.proferri
cenſet: ꝙ non ſit ſine vento. Hora. Et diſploſa ſonat
quātū venſica pepedi. Hiero. tñ et veſſicā: et dimi.
veſſiculā appellat id q̄ aues cibū continēt: vt in leuiti
co. Veſſiculas gutturis ⁊ plumas ꝓijciet ꝓpe altare.

Veſta:ſaturni filia ex Ope que pro terra qñqꝫ ſumitur:
eo ꝙ rebus oīibꝰ veſtiat̄:ſeu quia vi ſua ſtet. Ouid.
lib.vj.faſt. Stat vi terra ſua: vi ſtādo veſta vocatur.
Ser. Veſta dicta απο του εστιας: vt digomos ſit
adiecta ſicut er.ver. Enetus:euētus. Interdū ponit̄
ꝓ igne. Idē. Nihil aliud veſtā q̄ purā intellige flā/
mā:qr ignis ſiue flāme dea eſt. Et quidā dicunt nihil
aliud a veſtalibus in ede veſte q̄ inextinguibilē ignē
aſſeruari. Qui ſi forte fuerit extinctus nequaq̄ repa
rare fas erat ex hoc igne humanis manibꝰ elaborato
ſed accenſa ꝑ fomites ex ſole flāma purus ⁊ celeſtis
ignis eliciebat̄. Fuit etiaꝫ hoc noīe virgo perpetua:
cui veſtales virgines ſacrificabant.

Veſtibulū:a ve particula que diu ſignificat deducitur.
Eſt eñ locus ante ianuā domus vacuus:per quem a
via ad edes itur. Plau.in muſ. Vide veſtibulū ante
edis hoc et ambulacrū cuiuſmodi. Naꝫ qui domos
amplas antiquitus faciebant: locū ante ianuā relin/
quebāt:qui inter fores domus ⁊ viam medius eſſet.
In eo loco qui dominū eius domꝰ ſalutatū venerāt:
priuſq̄ admitterent̄ cōſiſtebāt: a qua conſtitione et
quaſi conſtabulatiōe veſtibula appellata ſunt ſpatia
in quibꝰ multū ſtaret̄:ab aduenientibꝰ priuſq̄ intro/
mitterent̄ in domū. Alij veſtibulū a ve priuatiua de
duci volūt: referētes nō ad eos qui adueniūt: ſed ad
eos qui in domo commanent:qm̄ illic nunq̄ ꝯſiſtāt:
ſed ſolū tranſitus cauſa ad hunc locū veniūt exeūdo
ſeu redeundo: vt ſit veſtibulū:non ſtabulū: ſicut ve/
ſanus non ſanus. Poteſt etiā dici veſtibulum prima
pars ianue: ꝙ ianuā veſtiat: vel vt Ouid.ait:a veſta
ꝙ ea potiſſimum pars in edificio ſit veſte cōſecrata.
Ideo puelle cū nubūt: nō tangūt pede veſtibulū: ne
numini dicatū locū calcantes ſacrilegiū cōmittant.
Luca. Tranſlataqꝫ vetat contingere limina planta.
Nā in ꝑmis ingreſſibus ⁊ in ſpatijs domorū veſte:
hoc eſt are:et foci ſolebant haberi. Ouid.lib.vj.faſ.
Hinc quoqꝫ veſtibulū dici reor vnde ꝓcamur: Quā
famur veſtā que loca prima tenet.

Veſtis:a velando:ꝙ corpus velet: ſeu a vellere: qꝺ eſt
vniuerſe ouis lana. Et ē generale indumentū:tam vi
rile q̄ muliebre: quo ꝯtinent̄ oīa/lanea/linea/ſerica/
bombycina:q̄ induēdi/ꝓcingēdi/amiciēdi/inſternēdi/
accubandiqꝫ cauſa apparata ſunt. Inſtite picture cla
bus dolore euireſcat colos. Interdū vireſcere. i. ma/
iorū viriū fieri. Et ſic pri ꝓducit̃ verius in poematis
Hinc creſcunt animi vireſcit vulnere virus.
Virido as: viridem facio: a quo viridans qđ eſt viride.
Pli. Viridantiū ⁊ alia plura ſunt genera.
Viror ⁊ viriditas ſunt eiuſdē ſignificationis.
Viridariū locus in q̄ ſunt herbe ⁊ plāte virētes ⁊ ame/
nitate refertus. Sue. in Tibe. Militem p̄torianū ob
ſurreptū e viridario pauonē capite puniuit.
Viretū locus viriditate plenus: vel ipſe herbe virētes.
Col. li. xij. Ficus neqꝫ nimiū vireta neqꝫ nimiū matu/
ra legi debet ⁊ in eo loco expandi qui toto die ſolē ac/
cipit. hic vireta. i. viridia ⁊ male matura accipit. Hie
ro. in Geñ. Que in paſtu paludis vireta carpebant.
Viridia etiā dicunt̃ prata ſeu horti arboribꝰ cōſiti volu
ptatis cauſa comparati.
Viridicatꝰ a um. Cice. ad Q. fratrē. Equidē hoc qđ me
lius intelligo affirmo mirifica ſuauitate te villā habi/
turū piſcina ⁊ ſalictibꝰ additis paleſtra ⁊ ſylua viri/
(dicata.
Virga dicta eſt ꝙ vim gerat ligādo verberā/
do vel a q̄ noie ſunt tria diminutiua. ſ. virgella: virgu/
la: ⁊ virgūcula. Sed virgula etiā linea dicit̃. Et vir/
guncula puella.
Virgeus a um: qđ eſt factū ex virgis. Virg. li. j. Georg.
Virgea p̄terea celei viliſqꝫ ſuppellex. i. vaſa de vimine
Virgulata ſeu virgata veſtis vt Iul. pol. inq̄t:
(facta.
Dicebat̃ tunica i q̄ intexebāt̃ v̄ge purpureę: h̄ ē lineę
q̄s greci φαραφοσ. Sed eas veſtes grāmatici int̃/
pretant̃ purpureas ꝙ verge galloꝝ lingua dicat̃ pur
pura. Virg. li. viij. Virgatis lucent ſagulis.
Virgultū multitudo virgarū pullulantium.
Virgindemia collectio virgarū ob v̄bera: aut ad aliq̄d
vinciēdū. Var. in Aga. Quid triſtiorē video te eſſe?
an ideo qꝛ ſcapule metuūt virgindemiā.
Virgilius mātuanus poeta celeberrimꝰ Marone ma/
iaqꝫ natꝰ q̄ primū apud latinos inter poetas obtinet
locū. Sed ſunt ex recētioribꝰ q̄ vergiliū nō virgilium
ſcribi debere autument.
Virus indeclinabile et generis neutri qđ ⁊ virus viri
apud antiquos ſicut vulgus vulgi dicit̃. Lucr. Liq̄t
em̄ ſupra tetri p̄mordia viri. Et ꝓprie ſignificat aſpe/
ritatē odoris i hoie iā adulto. Quippe talis odor in
puero nō eſt: nec ante coitū mulieris. Pli. Prodeſt
⁊ ad virus alaruꝫ. Idē. Signū eſt vernis tēporibus
odoris virus. Aliqñ ſignificat aſꝑitatē ſaporis. Idē.
Aqua marina vetuſtate virus deponit. i. amaritudi/
nē illā et ſalſedinē. Idem. Virus mali medici. i. acor
⁊ amaritudo. Aliqñ aſperitatē coloris. Idem de ſan
guine purpure. Tum ſuꝑadditum decoquit̃ virus.
Aliqñ geniturā. i. humorē qui e genitalibꝰ fluit. Idē
Virus verrinū a ſcropha a coitu exceptum prius q̄
terrā attingat grauitati auriū ꝓdeſt. Aliqñ virtutem
naturalē. Lucre. li. ij. Cōcoctoſqꝫ ſuo ꝯtractus ꝑdere
viro. Pli. de magnete. Sola hac materia virus ab
eo lapide accipit retinetqꝫ lōgo tꝑe aliud appendēs
ferrū. Aliqñ virorē ſeu herbas virētes. Sta. li. j. ſyl.
Atqꝫ omne benigne virus odoriferis arabum qđ cre
ſcit in aruis. Plerūqꝫ virus ꝓ veneno ponit̃. Virg.
Ille malū virus ſerpētibus addidit atris. Hinc viro
ſus a um: de quo ſupra.
Virulentus qui eſt plenus veneno. Gel. Vt ſerpētium
virulentorum domitores ſint.
Vis huiꝰ vis actō vim. Plr vis actō vis vctō vis. Sa
luſt. li. iij. hiſt. Male iā aſſuetū ad oēs vis cōtrouer/
ſiarū. Ponit̃ autem vis ꝓ virtute. Sal. Sed oīs nr̄a
vis in anio ⁊ corꝑe ſita eſt. Aliqñ ꝓ poſſibilitate: ſeu
fortitudine. Virg. Non ea vis aio nec tāta ſuꝑbia vi
ctis. Aliqñ ꝓ violētia. Idē. Fit via vi rapiunt. Hinc
violo as. Aliqñ ꝓ multitudine ac copia. Liuiꝰ. Ma/
gna vis ex ſicilia aduecta. Sal. Secūda tēpeſtate ex
ponto vis piſciū erupit. Aliqñ pro celeri impetu.
Viſcus viſci ⁊ viſcū glutinū qđ ad aucupiū ꝑtinet. Ns
viſco ꝓpter eiꝰ tenacitatē aues captant̃. Hor. in ſer.
Sūmus ego ⁊ ꝓpe me viſcus turrinus. Aug. lib. de
verbis dn̄i. Amor rerū terrenarū viſcum eſt ſpiritua
liū ꝑnarū. Et viſcū antiq̄ dicebant eſſe rete. Hinc fit
Inuiſco as: qđ eſt viſco inficio: viſcoſus a um qđ eſt
tenax. Dicit̃ etiam viſcidum.
Viſcus viſceris caro nō tm̄ inteſtina: ſed quicq̄d ſub co/
rio eſt. i. caro q̄ eſt inter oſſa ⁊ cutē: vñ ⁊ viſceratio di
cit̃ cōuiuiū de carnibꝰ factū. Virg. Tergora diripiūt
coſtis ⁊ viſcera nudāt. Amb. Oſſa oīa tenui oꝑta ſūt
viſcere. Hic Euiſcero as: qđ ē viſcera extraho. Virg.
li. xj. Cōpreſſamqꝫ tenet pedibuſqꝫ euiſcerat vncis.
Viſcerari veteres dixerūt carnē populo diſtribuere et
viſceratio crude carnis diſtributio: q̄ fieri ſolebat vel
in ſolēni feſtiuitate: vel in funere alicuiꝰ excellētis ꝑſo
ne. Gel. Tū in albano viſceratio latinis data. Liuiꝰ
lib. viij. Et ꝑ ſe viſceratio data a M. Flauio in fune/
re matris Ser. Viſceratio ē caro a viſcere noie dicta
Viſceratim aduerbiū ſignificat ꝑ viſcera. Ennius. Diſſi
pat viſceratim mēbra.
Viſo is ad videndū eo. Cice. ad atticū. Cupio equidem
⁊ iampridē cupio Alexandriā reliquāqꝫ egyptū viſe/
re. i. ad videndū ire. Terē. in hecy. Non viſam vxorē
pamphili cū in ꝓximo ſit egra? Illud v̄o in an. Id vi
ſo tu ne an illi inſaniāt: exponit Do. ad videnduꝫ ve/
nio. Aliqñ ponit̃ ꝓ video tantū. Preſertim qñ iūgit̃
cū eo is: aut venio. Plau. in ru. Nūc huc aduenerꝭ
fanū venio viſere rē diuinā facturū ſe dixerat. Terē.
in hecy. Poſtqꝫ accerſiuit ſepius: egrā ſimulāt mulie
rē: nr̄a ilico it viſere: ad eā admiſit nemo. Et in phor.
Vultis ne eamꝰ viſere. In cōpoſitis etiā. Tereñ. in
and. Reuiſo q̄d agant. Redeo inq̄t Do. vt videā q̄d
agāt. Et in adel. Hera ego hinc ad hos prouiſam q̄
mox virginē accerſant: ꝓuiſo inq̄t duas res ſignificat
ꝓcedo ⁊ video. Plau. i Mene. Prouiſaꝫ quā mox
vir meꝰ redeat domū. Similr̄ qñ gr̄a cauſa ſtudio et
hmōi iungunt̃ gerūdiuo. Sal. Multi autē q̄ e caſtris
viſendi aut ſpoliādi gr̄a ꝓceſſerant volentes hoſtilia
cadauera amicū alij: pars hoſpitē: ps aūt cognatos
reꝑiebāt. Terē. in hecy. Ne mittas quidē viſendi cā
quēq̄. Virg. Vndiqꝫ viſendi ſtudio troiana iuuētus
Circūfuſa ruit. Ex quibꝰ dat̃ intelligi hoc v̄bū nō eſſe
deſideratiuū: ſicut multi putāt ſed magis excitatiuū.
Nam ſi viſendi ꝓ deſiderio vidēdi in iſtis ſumeret̃:
ſenſus eſſet ineptus: ex gr̄a cauſa ſtudio: q̄ cū ꝓ deſi/
derio capiant̃ ſuꝑflua forent. A viſo fiūt compoſita

circũuiſo. Inuiſo: ꝓuiſo: reuiſo.
Viſito tas: frequẽtatiuũ eſt a viſo: a quo fit viſitatio: q̄
ꝓprie ad officiũ pertinet. Plau. in cur. Ibi me inter/
rogat in epidauro lyconẽ trapeçitam ſi nouerim: di/
co me nouiſſe: q̄d lenonẽ capadocẽ: annuo viſitaſſe.
hic viſitaſſe ꝓ ſepe vidiſſe capit̃: ſicut in epi. Noſcito
hãc: nã videoꝛ: neſcio vbi me vidiſſe prius. Eſt ne ea:
an nõ eſt: quã animꝰ retur meꝰ. Dij boni viſitaui ante
hac: certe ea eſt.
Viſus viſus: ⁊ viſio ipſe vidẽdi actus: ſicut guſtus pro
actu guſtandi. Virg. Horrẽdũ viſu. Ponit̃ interdũ
ꝓ eo qđ videt̃. Idẽ li. iij. Rite ſecũdarẽt viſus. Viſio
nes etiã phãtaſie dicunt̃. Quintil. Quas phãtaſias
greci vocãt: nos ipſi viſiones appellamꝰ ꝑ quas ima/
gines rerũ ꝑſentiũ ita repꝑſentant̃ animo: vt eas cer/
nere oculis ac ꝑſentes habere videamur. Preterea
viſa ſomnia dicunt̃ ⁊ nocturna ſiue etiã diurna phan
taſmata: q̄ etiã vigilãtibꝰ apparẽt. Virg. Hoc viſum
nulli nõ ipſi effata ſorori eſt.
Viſum eſt faciendũ facere: modus dicẽdi: vt viſum eſt
facere: vt te admonerẽ: qđ eſt putaui te admonendũ.
Vita a viuo is: ⁊ modo animã ſignificat ſine qua nemo
viuit. Et hec triplex eſt. Seminalis q̄ ⁊ vegetatiua di
citur: ⁊ nobis cũ arboribꝰ cõis eſt. Senſualis. q̄ cum
pecoribꝰ. Intellectualis q̄ cũ ſolis angelis: mõ deno/
tat mores. Cice. lib. ij. ad herẽ. Deinde vita hois ex
anteactis ſpectabit̃. Mõ alimentũ ſeu victũ. Terẽ.
Eadẽ quippe hõ iã gradioꝛ cui opa vita erat. Modo
ſpacium viuẽdi. Aug. li. v. ꝯfeſ. Vita hec miſera eſt:
moꝛs incerta: ſi ſubito ſurrepat: quõ hic exibimꝰ Mõ
fortunã. Terẽ. Nã tua q̄dẽ hercle hec vita certe expe
tenda atq̄ optãda eſt. Variat̃ in plurali. Cice. Ser/
pit per omniũ vitas amicicia. A vita fit euitari: quo
vſus eſt Cice. in tuſc. Q.
Vita viuere ſm ſcripturas inquit Amb. admirabilẽ q̄n
dã illã vitã beatãq̄ ſignificat: ⁊ hũc viuẽdi vſum: ſpi/
rãdiq̄ munꝰ cũ beate vite gr̃a veluti cõiunctũ: ⁊ qua/
dã participatione ꝑmixtũ demonſtrare videt̃: hoc eſt
eñ vita viuere: beate vite actus habere in iſtius coꝛ/
poꝛis vita. Cõtra autẽ moꝛte moꝛi: q̄d aliud niſi cum
moꝛte coꝛpoꝛis defoꝛmitatẽ ſignificat moꝛiẽtis: Cu
ius ⁊ caro cõmuni viuẽdi munere defraudet̃: ⁊ aĩa vi
te eterne vſum habere nõ poſſit. Eſt ⁊ qui vita moꝛit̃:
vt q̄ viuit coꝛpoꝛe ſed actu moꝛit̃ ſuo: q̄les ſũt de qui
bus ꝓpheta ait. Deſcendãt in infernũ viuẽtes: et illa
de q̄ apl̃s dicit. Q̃ñ viuẽs moꝛtua eſt. Moꝛte viue/
re dicunt̃ martyres: q̄ vtiq̄ moꝛiunt̃ vt viuãt. Moꝛi
tur caro: ſed viuit gr̃a moꝛtuoꝝ.
Vitta ꝑ duplex tt. ſignificat ligamentũ capitis.
Vitalis ⁊ hoc vitale: qđ vitã pꝛeſtat. Vitalis ṽo ſubſtã
tiuũ pꝛopꝛiũ nomen eſt.
Vitellus a vita dictus eſt oui pars rubꝛa: ꝙ ex eo viuat
pullus. Ipm eñ aĩal ex albo liquoꝛe oui coꝛpoꝛatur
cibus eiꝰ in luteo: hoc eſt ĩ vitello. Hoꝛa. in ſer. Qua/
tenus ima petit voluens aliena vitellus. Mar. Can/
dida ſi croceos circũfluit vnda vitellus. Vitulus ṽo
bos nouus dicitur.
Vitis a vino dicta eſt: ꝙ ferat vinũ. Var. Et vitis eo ꝙ
inuitet̃ ad vuas ꝑcipiẽdas dicta pꝛimo videt̃. Erat ⁊
vitis geſtamen centurionis nõ carnificis: aut lictoꝛis
Honoꝛificentioꝛ eñ pena que a centurione q̄ que a
lictoꝛe eſſet illata. Iuue. Nodoſam poſt hec frange/
bãt ṽtice vitẽ. Si lẽtus pigra muniret caſtra dolabꝛa
Vitiariũ vitiũ ſeminariũ. Col. li. iiij. Vitiariũ neq̄ ieiu
na terra neq̄ vliginoſa faciẽdũ ẽ: ſuccoſa tñ ac medio
cri potius q̄ pingui: ⁊ paulo ſupꝛa. Cui vineta facere
coꝛdi eſt ꝑcipue caueat ne aliene potiꝰ cure q̄ ſue cre/
dere velit: neue mercet̃ viui radicẽ: ſed genus ſurculi
ꝓbatiſſimũ domi conſerat faciatq̄ vitiariũ ex q̄ poſ/
ſit agrum vineis veſtire. Et vitiarium locus in quo
quo ſunt vites ſicut pomariũ vbi ſunt poma. Varro
lib. j. de re ruſ. Ideo in vitiario pꝛimitus cũ exit vitis
tota reſecari ſolet: vt firmioꝛe ſarmẽto e terra exeat:
atq̄ in pariẽdis colibꝰ vires habeat maioꝛes.
Viticula diminutiuũ a vite. Virgi. in diris. Dulci nãq̄
tumet nondum viticula baccho.
Vitiſcere eſt vitẽ facere. Col. lib. iij. Reliquas gẽmas
que in terrã abſcondunt̃: exceptis quattuoꝛ imis fac
adradas ne in ſumma radice vitiſcat.
Vitigineus a um: qđ ex vite fit: vt vitigineũ ſimulachꝛũ
Vitiſatoꝛ pe. coꝛ. q̄ vites ſerit. Quo noĩe dictꝰ eſt ſatur/
nus. Virg. Viſitatoꝛ curuã ſeruãs ſub imagine falcẽ
Viticulus capꝛeolꝰ vitis. Pli. Frutex folio hedere mi/
nus: tñ longis viticulis.
Vitex ſalicis genus: ex quo vaſa viminea fiunt.
Vitilia dicũt̃ q̄cũq̄ ſic lẽta ſũt: vt cõmode flecti poſſint
a vinciẽdo dicta: vt vitex: vitis: vimina viticule Pli.
lib. xix. Cucurbita oĩmodo faſtigiat̃ vaginis maxime
vitilibus. Idẽ. Non multũ a ſalice vitiliũ vſu diſtat.
Vitula dea q̄ leticie ꝑeſſe putabat̃ a Ro. Et vitula vac/
ca viridioꝛis etatis. Virg. Ego hãc vitulã ne foꝛte re
cuſes Bis venit ad mulctrã. ⁊c̃. depono.
Vitulus a vitulãdo. i. laſciuiẽdo: qui nõ modo de bobꝰ
genitus ſed etiã ex alijs quadrupedibus maioꝛibus.
Pli. de elephãtis. Atq̄ ita ſalutato ſydere in ſyluas
reuertunt̃ vituloꝝ fatigatos pꝛe ſe ferentes. Vir. ad
equos tranſtulit. Iã vitulos hoꝛtare viãq̄ inſiſte do
mãdi. Quinetiã ex piſcibꝰ. Pli. de balenis. Irrũpũt
oꝛce in ſecreta ⁊ vitulos earũ ac fetus lacerãt moꝛſu
Vitulꝰ etiã nomẽ piſcis eſt: ſiue potiꝰ maris belua co
rio ⁊ pilis tecta. Que ⁊ phocas dr̃. Parit in terra pe
cudũ moꝛe: vituli aũt nomẽ accepit: ꝙ illi in ſõno mu
gitus ſit: nullũq̄ aĩal (teſte Pli.) grauioꝛe ꝑmit̃ ſõno
Vitiligo totius coꝛpoꝛis vitiũ eſt: nã vitiliginẽ faciũt di
uerſi coloꝛis macule ꝑ oĩa mẽbꝛa diſperſe. Dicta vi/
tiligo vl̃ a vitio vel a vitulo. ꝓpter eiꝰ mẽbꝛane cãdo
rẽ: qua naſcit̃ inuolutꝰ. Et hãc maculã greci alphon:
vñ nos albũ dicimus appellãt: vt inq̄t Feſtus allegãs
Lucil. Hec odioſa mihi vitiligo eſt: vñ dolet inquit.
Sed Cel. vitiliginẽ dicit eſſe herbã q̄ alphos dicit̃: q̄
alba cũ ⁊ alia quoq̄ ſit guttis diſperſa: q̄ melas a co/
loꝛe nigro dicit̃: vtraq̄ tñ ſerpit. Ob hanc igit̃ ſimili
tudinẽ vitiliginẽ magis dictã puto. Non eñ hec her
ba ſiue virgultũ: vt ait Feſtus a vitulo vl̃ a vitio: ſed
a vite nuncupat̃: cuius nature eſt vt ſine adminiculo
ſtare nõ poſſit. de moꝛbo ſic meminit. Apul. in magia
Cũ caro in humoꝛẽ craſſum ⁊ ſpumidũ inimico igni
colli q̄ facit ⁊ ſpũ in idẽ parto ex cãdoꝛe cõpꝛeſſi aeris
albida ⁊ humida tabes fluit. Tetra nãq̄ tabes ſi fo/
ras e poꝛis ꝓſpirauit maioꝛe dedecoꝛe q̄ noxa diffũ
dit̃ pectoꝛis ꝑmoꝛẽ cutẽ vitiligine inſignit ⁊ oibꝰ ma/
culatiõibus cõuariat. Pli. lib. xx. Ferũt eos q̄ quoti/
die edũt capparim paralyſi nõ piclitari: nec lienis do
loꝛibus: radix eiꝰ vitilagines albas tollit. Martianꝰ
lib. iij. lingue vitiliginẽ dedit ꝑ quãdã ſimilitudinẽ cũ
inquit. Scabꝛos dẽtes vitiliginẽq̄ linguarũ: quas in
ſola equidẽ ciuitate cõtraxerat.
Vitiligo as: pe. coꝛ. obſtrigilo/carpo/crimioꝛ/moꝛdeo.
vñ vitiligatoꝛes dicti ſunt obtrectatoꝛes ex vitijs: et
litigatoꝛibꝰ cõpoſita dictio. Pli. in pꝛolo. Scio ego
que ſcripta ſunt: hec ſi palam pꝛoferantur/multos fo
re qui vitiligent.
Vitulari veteres vſurparũt ꝓ voce letari. Et vitulãtes
dicũt̃ letãtes ⁊ vitulatio leticia: q̄ñ eã verã vitã pu/
tabãt q̄ in ſũma leticia ac trãquillitate degeret̃. Hine
viuere ſepenumero ponit̃ pꝛo letã vitã agere.
Vito as: caueo: cuius cõpoſita ſũt deuito: euito: ꝑfecte
vito. Lactã. Sic hominẽ penitẽtẽ cautũ ac diligentẽ
facit ad euitanda peccata in que ſemel fraude decide
rit: ⁊ habent penultimã coꝛreptã.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitabūdus idem qꝺ᷑ vitās. Sal. Marius vitabundus
claſſem hoſtiū ad oppidum ꝑuenit.
Vitium ꝓprie dicit̃ qꝺ᷑ virtuti opponit̃: a vito: ꝙ vitan
dū ſit ac fugiēdū. Sen. Si qd vitij cōmiſit. Aliqñ ꝺ᷑
error. Pli. Librū vitijs plenū. Aliqñ morbus: Quis
ab inuicē ſeparent̃: ꝙ morbus ſit habit⁹ quidā cōtra
naturā q̄ vſum rei facit deteriorem: vt febris: inſania.
Vitiū ꝟo ꝑpetuū corporis īpedimentū: vt cecitas/
claudicatio/vecordia. Et nō ſolū in hoīe/ſed ī alijs q̄z
reb⁹ dicit̃. Cice. peto. Si nihil eſt in parietib⁹ aut te/
cto vitij, cetera mihi ꝓbabunt̃. Pōt tñ q̄ morboſus
eſt etiā vitioſus dici: ſed nō ecōtrario. Equ⁹ mordax
⁊ calcitroſus vitioſus nō morboſus eſt. Claudus ꝟo
aliquo actu factus ⁊ morboſus ⁊ vitioſus dici pōt.
Vitio dare eſt culpare: vituꝑare. Terē. in And. Nunc
quā rem vitio dent queſo aīaduertite. Et paulo poſt
id iſti vituperāt factum.
Vitioſitas (vt Cice. li. iiij. tuſ. inquit) eſt habitus aut af/
fectio in tota vita inconſtans.
Vitioſi magiſtratus dicūtur vitio creati. vñ apud Li/
uiū legim⁹ expugnatū eſſe: vt vitioſus dictator ꝑ au/
gures fieret. Cice. in phil. vitioſum cōſulē appellat.
hoc eſt vitio creatū ex augurū diſciplina. Qñ em̄ co/
mitia Romę habebant̃ cā magiſtratuū creandoꝝ ſo/
lebāt augures de celo ſeruare: ſi aut fulmen vidiſſent
aut tonitrua audiuiſſent. Qua re ꝑ augures nūciata
illi magiſtratus vitio creati eſſe dicebant̃: ⁊ ita ſe ab/
dicare cogebantur.
Vitio as: corrūpo/deſtruo. Lactā. lib. vij. Aer vitiabit̃
ac corruptus ⁊ peſtilēs fiet. Plau. in prolo. Aul. Ei⁹
filiā lyconides vitiarat. Nam vitiatā virginē dicim⁹
cū pudiciciā amiſit: ⁊ vitiare ē fędare. Apul. Vtroq̄
oculo vitiat⁹. Hinc corꝑe vitiatos dicim⁹ q̄ ceci vel
manci/vel claudi nati/facti ve ſunt. Hinc vitiatio vio
latio: corruptio/vitioſitas ꝟo vitiū dicit̃.
Vitupero as: vitio aliquid do: q̄ſi vitiū paro. Terē. Id
iſti vituperāt factū. Hinc vituꝑatio: q̄ ſi cū verbo ve/
nio vel ſimilib⁹ iūgat̃: paſſiue accipit̃. Cice. Vt ꝓpt̃
cū in ſermonē hoīm: atq̄ in tātā vituꝑationē veniret
Vituperium idem qꝺ᷑ vituperatio. Cice. Vel etiā a vi/
tio dictum vituperium.
Vituperones qui ⁊ vituperatores.
Vitrū materia tranſlucida: q̄ ex arena ⁊ cinere fieri dicit̃
Viuo is xi ctū: quaſi vim ⁊ vigorem habeo: qꝺ᷑ licet ab/
ſolutū ſit: dicimus tñ qñq̄ viuo fęlicē vitā. Interdū
viuere eſt letā vitā agere. Huius verbi cōpoſita ſunt
cōuiuo: vnde ⁊ cōuiuiū: ꝑuiuo. qꝺ᷑ eſt vſq̄ ad finē viuo
Plau. in cap. Etiam ſi ꝑuiuo vſq̄ ad ſummā ętatē tñ
breue ſpaciū eſt: ꝑferundi q̄ minitas. Reuiuo. a q̄ re/
uiuiſco rurſus viuus fio. Suꝑuiuo. Hiero. in exoꝺ᷑.
Si vno die vel duob⁹ ſuꝑuixerit nō ſubiacebit pęne.
Hui⁹ ꝟbi frequētatiuū eſt victo as: a q̄ fit victito as.
Viuere in diem dicunt̃ qui quotidie parāt noua cibaria
nihil reſeruātes: nec recōdito vtunt̃: hodie appeten/
tes hoc: cras illud: quoꝝ varia eſt vita ⁊ victus. Cice.
li. v. tuſ. Nos in diē viuim⁹. Col. li. iiij. Nec ꝓuidēt
futuro tēpori: ſed q̄ſi plane in diē viuant ſic imperāt
vitibus ⁊ eas ita multis palmitib⁹ onerāt: vt poſteri
tati non conſulant.
Viuus a um: qꝺ᷑ vitā habet: quādoq̄ ponit̃ ꝓ naturali.
Virg. li. ij. Geor. Et viua ſua plantaria terra. Qñq̄
ꝓ eo qꝺ᷑ vim aliquā habet: vnde viuū lapidē dicim⁹
ignitū: ꝙ vim habeat emittēdi ignē. Qñq̄ ꝓ valido
ac vehemēti. Virg. Paulatim abolere ſicheū: Inci/
pit ⁊ tētat viuo ꝑuertere amore. Hinc ſemiuiuū: qꝺ᷑
mō ſignificat ſemimortuū: nō debile ac vigorꝭ exigui
Viuax validū: vigoroſum: diu viuēs: ⁊ qꝺ᷑ abſumi non
pōt. Hinc viuatior viuaciſſimus: viuacitas que eſt
vigor ac robur: ⁊ viuacia ę.
Viuidus a um: quaſi viuus. Prop. Quattuor artificis
viuida ſigna boues: q̄ſi ſpirantia atq̄ viuantia. Aliās
integrū. Plau. in ru. Nō vides me referre vuidū re/
te ſine ſquāmoſo pecu. Legit̃ ⁊ vuidum.
Viuariū locus in quo vel aues: vel piſces: vel fere conti
nent̃: que ad victū dūtaxat ꝑtinent. Pli. Oſtrearum
viuaria primus Sergius orata in Baiano inuenit.
Idem leporariū dicit̃ et roborariū. Proprie tñ piſci
ne vbi piſces cōtinent̃: ſicut apiaria loca in q̄b⁹ aluei
apū tenent̃: que melliſſona ⁊ mellaria noiant̃.
Viuiradix vitis que cū radice ſerit̃: quaſi viuā radicem
habēs: ad differentiā maleoli: ⁊ talearū. Pli. In ari/
do ſolo viuiradix quoq̄ fruſtra ſeritur. Col. Satio/
nis autē duo ſunt genera maleoli vel viuiradicis.
Viuerra animal paruū quidē ſed magni vigoris. Mu/
ſtella ruſtica dicit̃: vt ait Strabo aphrica importata
His vtunt̃ adoleſcentes ad extrahēdas de parietū
nidis auiculas. Gręce dicunt̃ γαλη. Ariſtoteles lib.
ix. de aīalib⁹. In ꝓdoſelena via interiacet: cui⁹ vltra
alterū latus gignit̃ gale: circa alterū gigni nō poteſt.
Pli. In ꝓdoſelena inſula viā muſtelle nō tranſeunt.
Et aliud muſtellarū ſylueſtriū gen⁹: q̄ lōge domeſticꝭ
maiores ſūt: a grecꝭ Ictides vocāt̃. Ariſto. Ictis ſyl
ueſtris muſtelle genus eſt magnitudine melitēſis ca/
telli: ſed pilo facie albedine partis inferioris ⁊ morū
aſtutia muſtelle ſimile eſt: manſueſcit maiorē īmodū
officit aluearibus. Genitale eius oſſeū eſt. Sed ſylue
ſtriū quoq̄ muſtellarū duo genera ſunt: alterū ſub vē
tre ruffeſcit: martē appellāt. Mar. Venator marte
ſuꝑbus adeſt. Alterū cādidius ⁊ viuerra vocat̃ Pli.
Magna ꝓpter venatū eorū viuerris grā eſt: imittūt̃
eas in ſpecus qui ſunt multiformes in terra. vñ ⁊ no/
men aīali. ſ. cunicul⁹. Vtrūq̄ genus greci γαλασ
αγριασ noſtri ſylueſtres muſtellas nuncupāt.
Vix aduerbiū ſignificat cum vi ac difficultate: ⁊ labore.
Virg. li. ij. Geor. Vix humiles apibus caſias roſq̄
miniſtrat. Terē. Vix retraxi filium ab amore ancille.
Aliqñ ad tēpus. Virg. Vix e cōſpectu ſicule telluris
in altū: Vela dabāt leti. i. ſtatim. Idē. Et quos ſido/
nia vix vrbe reuelli: id eſt nuper. Aliqñ ponit̃ ꝓ non.
Luc. Carcer vix carcere dign⁹. Ouiꝺ᷑. Vix Priamus
tanti totaq̄ Troia fuit.
Vixtandem ſignificat poſt multū tēporis. Cice. Appio
pul. Vix tandem legi litteras dignas Appio Virgi.
Vix tandē Ithaci magnis clamoribus actus Com/
poſito rupit vocem.

## V Ante L

Vlcus eſt tecta ⁊ clauſa malignitas. Eſt enim ſanies cō
creta intra cutē latitās: q̄ vt ꝓpere abrupta cute erū/
pat emplaſtris ſuꝑne alligatis ſolet cōfoueri. Virg.
lib. iij. geor. Si quis ferro potuit reſcindere ſummū
Vlceris os: alit̃ vitiū viuitq̄ tegēdo. Vulnus vero
eſt hyans patenſq̄ aꝑtura corporis ictu facta: vlcera
capitis manātia ſunt: q̄ greci αχωρασ vocāt impe
ritū vulg⁹ termā. Quidā hoc nomen aſpirādū putāt
qm̄ a greco originem trahat. Illi em̄ ελκοσ helcos
Vlcero as: pe. cor. dilanio: ⁊ quaſi vlcus facio (dicūt.
Hinc exulcero vlcus dilanio. Col. lib. viij. Fere autē
ꝑ ęſtatē ſic muſcis aures canū exulcerāt̃ ſępe vt amit/
tāt ꝑ tranſlationē ſignificat exaſpero/exacerbo. Cice:
Ita mihi animū exulcerauit.
Vlciſcor eris: vltus vindico ⁊ iniuriā nō īpunitā relinq̄
Vlex frutex roris marini ſimilis aſꝑa aurū retinens.
Vligo pe. pro. terrę humor ex ea nunq̄ recedēs: vñ vli/
ginoſus ager qui ſemꝑ eſt humidus. Humidus qui
aliqñ ſiccat̃. Var. Solū oportet eſſe cruderatū ⁊ ꝓ/
cliuū: vt euerri facile poſſit ac fieri purū. Non em̄ ſo/
lum ea vligo lanam corrūpit ouiū: ſed etiā vngulas
ſcabras fieri cogit.
Vllus aliquis quaſi vnus aliquis: qꝺ᷑ nomē nunq̄ affir/

matiue ponit̃. Nec̨ eñ dicimus vllus hõ currit: ſi/
cut aliquis hõ currit: ſed ponit̃ vel negatiue vt nõ eſt
vllus qui currat: vel ĩterrogatiue: vt ẽ ne vllus q̇ cur/
rat: vel ſubiũctiue: vt ſi vll⁹ me vocauit: ſtatim veniã
Ab vllus ſit cõpoſitũ nullus.
Vlna cubitus ſeu brachiũ q̃tum vtriuſq̨ manus exten/
ſio. Vlna inquit Ser. in buc. ꝓprie eſt ſpatiũ inq̃tũ
vtrac̨ extendit̃ manus. Dicta vlna απο Τωρ ωλε/
ρωρ. i. brachijs. licet Sue. vnũ cubitũ velit eſſe tãtũ/
Vlpicũ pe. cor. greci appellauere genus allij (modo.
grãdi⁹ inter pulmẽtaria ruris auctores. Pli. ⁊ Col.
Quidã vlpicũ vocãt alliũ punicũ. Greci aũt αφροσ/
κοδορ appellãt: lõge maioris vis q̃ alliũ. Plau. in
pe. Tu autẽ plenior allij vlpici q̃ romani remiges.
Colu. Luna infra terrã ſit qñ allium vel vlpicũ ſeri/
mus vel in tabulatũ reponim⁹. Sic eñ nec̨ acerrimi
ſaporis exiſtere nec̨ mãdẽtiũ halit⁹ inodorare exiſti/
Vltra ꝑpoſitio eſt cũ actõ deſeruit ⁊ nõ niſi (mantur.
ſeparata inuenit̃. Cuius elegantiam oſtendit Sal. in
Iug. Mauric̨ vanũ genus: vt alij aphryce conten/
debãt antipodas vltra ęthiopiã cultu ꝑſarũ ⁊ iuſtos
⁊ egregios agere. Aduerbiũ eſt cũ ſine caſu ponit̃: vt
aſſidue lego nihil vltra faciẽs. Et tũc ex ſe facit vlte/
rior ⁊ vltimus. Fit autẽ vltra ab vls: quo veteres vte
bantur: ſicut circa a cis.
Vltra famã. i. opinionẽ ſignificat ꝑq̨multũ: ſicut intra
famã qḋ eſt huic contrariũ. Quintil. Hortenſij ſcri/
pta tñ intra famam ſunt.
Vltimus pe. cor. ab vltra idẽ eſt qḋ poſtremus. Aliqñ
etiã dr̃ prim⁹. Virg. li. viij. Tu ſanguinis vltim⁹ au/
ctor. Dict⁹ vltim⁹ ꝙ vltra oĩa ſit: ſiue ante reſpicias:
Vltro ab vltra fit ⁊ ſignificat vltra ſiue in/ (ſiue retro.
ſuꝑ. Virg. Et miſereſcim⁹ vltro. i. vltra id qḋ rogauit
ꝑſtitim⁹. Interdũ ſignificat ſine requiſitiõe: vt vltro
ad te veni. i. nõ req̇ſitus: ſed ſpõte veni. Interdũ pra/
ue ac ꝑuerſe: ſeu ꝯ̃ſa vice: aut prior. Terẽ. i adel. Ni/
ſi me i illo crediſti eſſe hoim nũero: q̇ ita ſibi putant
fieri iniuriã vltra ſi quamfacere ipſi expoſtulãt ⁊ vl/
tra accuſant.
Vltrocitroq̨ ſignificat id qḋ vulgo dr̃ / huc ⁊ illuc: ⁊ tam
in factis q̃ in dictis dr̃. Quintil. Iuuenis ſicut ſoler
vltrocitroq̨ cõmeare. Cice. Multiſq̨ ꝯ̃bis vltroci/
troq̨ habitis ille nobis ꝯſumpt⁹ eſt dies. Quidaʒ in
hac ſignificatione vtuntur ſurſum ⁊ deorſum. Terẽ.
Sex ego te totos Parmeno hos mẽſes quietũ red/
dã ne ſurſuʒ deorſum ve curſites. Tractũ ab athenis
cui⁹ port⁹ in imo: vrbs ꝟ̃o in editiore loco ſita eſt.
Vltroneus a um. idẽ qḋ ſpontaneus. Hiero. in Exod.
Ab hoie qui offert vltroneus accipietis eas.
Vlubre ciuitas in Italia. Hora. Eſt vlubris animus ſi.
te non deficit equus.
Vlula pe. cor. auis a fletu denomiata: hoc eſt απο Του
ολολιʒειρ qḋ eſt vlulare ⁊ flere. Virg. Certent et
Vlyſſes fuit filius laerte regis ithaces (cygnis vlule.
vñ ⁊ laerti⁹ cognoiat⁹ eſt ⁊ Ithacus ab ithaca inſula
in q̄ regnauit. Et Dulichius ab inſula dulichia: q̄ in il
lius regno habebat̃. Similr̃ ⁊ naritius a naritio. Et
eſt qñq̨ ſcḋe declinationis ſicut ⁊ achilles. Virgi. Et
terrã altricẽ ſeui execramur vlyſſi.
Vlyſbona ciuitas in hiſpania ab vlyſſe cõdita. Sunt tñ
q̇ precipiant et vlyxem et vlyxbonã ſcribi per x. ſed ta
les grecas litteras ignorant.

## V Ante M

Vmbo media pars clypei eminẽtior: licet qñq̨ ꝓ toto
clypeo ponat̃. Liui⁹. Gallũ vmbone ictũ deturbat.
Sta. Iã clypeus clypeis vmbone repellit̃ vmbo Ci/
Vmbilicus pe. pro. dr̃ q̇cq̇d in aliq̄ re (uilibus bellis.
eſt mediũ. vñ de libro q̇ʒ vmbilicũ dici oſtẽdit. Catul.
Relata carthe regie. ix. libri noni vmbilici lora rubra
mẽbrane. et Pli. vmbilicũ italię circa lacũ reatinũ di
xit Suidas noſter. ομφαλητομια οτε Τορ ομ/
φαλορ Του βρεφουσ αιμαιαι απο Τεμρουσι
και αυΤαι Δε ομφαλητομοι λεγορΤαι και ομ
φαλιορ ο ομφαλοσΤησ ασπιΔοσ. Et in hac
ſignificatione accipit̃: q2 illuc tanq̨ ad centrũ librorꝝ
mẽbra cõueniũt. Itẽ vmbilic⁹ dicit̃ ligamentũ inteſti
norꝝ ꝙ mediã fere vẽtris planiciẽ obtinet: a cui⁹ ſimi/
tudine paru⁹ circul⁹ in terra deſcript⁹ ad cognoſcen/
dos vẽtos vmbilic⁹ dr̃. Pli. Per hui⁹ mediã lõgitu/
dinẽ duci ſarculo ſulcũ vel cinere lineã mediãq̨ circũ/
ſcribi circulo paruo q̇ vocat̃ vmbilicus. Itẽ parui ac
rotũdi politiq̨ lapilli eadẽ rõne vmbilici dicũt̃. Cice.
Tũc duo excellẽtiſſimi viri repuraſcere maxime vide
bant̃ cũ ex vrbe tanq̨ e vinculis ambulaſſent ⁊ ad ca/
ietã laurentũq̨ conchas et vmbilicos legere conſue/
uiſſent. Itẽ vmbilici ornamẽta ⁊ veluti clauiculi q̇daʒ
quib⁹ libri ornant̃ ⁊ gẽme ligant̃. Mar. Quid pro/
deſt mihi tã macer libellus: Nullo craſſior vt ſit vm
bilico. Pli. Et alios cõuenit nõ oportere ꝑforari q̊rꝝ
ſit abſoluta bonitas vmbilicis ſtatim ex auro capita
cõprehẽdẽtib⁹. Et poete frequẽtẽr vſi ſunt cũ exactũ
opus ſignificarẽt: vt ad vmbilicos ſe veniſſe dicerẽt.
Hora. in epo. Promiſſuʒ carmẽ iãbos ad vmbilicũ
adducere: qḋ exponit Porphirio ad vmbilicũ addu/
cere: ꝓ finire ⁊ cõſumare op⁹ poſuit. Hora. Quia in
fine libri ex ligno aut oſſe vmbilici ſolẽt poni. In quẽ
ſenſum ⁊ Mar. finẽ tertij clauſit. Ohe iã ſatis ohe li
belle: iã ꝑuenimus vſq̨ ad vmbilicũ. Tu ꝓcedere ad
huc et ire q̇ris. Hic vmbilicatũ dicim⁹ qḋ vmbilicos
habet: vel qḋ ad vmbilici ſimilitudinẽ factũ eſt Hui⁹
diminutiuũ eſt vmbilicul⁹: quo noĩe etiã dictũ eſt ge/
nus oſtrei marini: ꝙ i vmbiliculi modũ ſuauit̃ coeat.
Vmbilicatim ſignificat ꝑ vmbilicos.
Vmbra aer carẽs ſole: qḋ fit alicui⁹ corporis obiectu ꝑ̃/
ſertim nubiũ. Hiero. Vmbra fit ex lumine et corpore
Quidã απο Του ομβρου: qḋ eſt imber vmbram
appellatã exiſtimãt ꝙ oẽs vmbre humide ſint. Vm/
bre etiã dicunt̃ q̄s faciũt pictores: vt imagines q̄ pla
ne ſunt ſolide videant̃: qḋ dicũt adumbrare. Vmbre
etiã dicunt̃ inferorꝝ imagines Virg. Vmbrarum hic
loc⁹ ſomni noctiſq̨ ſopore. Corꝑa viua nefas ſtygia
Vmbella diminu. ab vmbra: ⁊ vm/ (vectare carina.
bella q̄ ponebat̃ in theatris ad arcendum ſolem.
Vmbraculũ locus in quo eſt vmbra. Var. li. j. de re ruſ.
Prope areã faciũda vmbracula quo ſecedant hoies
in ęſtu tpe meridiano. Et apud Eſaiã. Derelinq̇t filia
ſyon vt vmbraculũ in vinea: ⁊ ſicut tuguriũ in cucu/
Vmbro as: tegẽdo vmbrã facio. Cui⁹ cõpo/ (merario.
ſita magis ſunt in vſu: ſcilicet adumbro: inumbro: ob
umbro. Col. li. v. Duʒ incremẽto ſuo vites inumbrẽt
Et in euãge. Et virtus altiſſimi obũbrabit tibi. Aug.
Adumbrato myſterio helyas loquit̃. Aliqñ ponit̃
ꝓ defendo tractũ ab arboribus.
Vmbro nomen fluuij inſubrie nauigabilis q̇ ⁊ lamber a
Plinio dicitur.
Vmbratic⁹ a um: qḋ ẽ ex vmbra ſeu ad ſimilitudinẽ vm
bre. Aug. li. ij. cõ. Nõ ſaltẽ vt eſt q̇dã defectura ſpẽs
⁊ vmbratica vitijs fallẽtib⁹. Vmbratic⁹ hõ dict⁹ eſt a
Plau. trapezita q̇ in vmbra ſub tecto vitã agit ocio/
ſaʒ. Artes q̇ʒ ⁊ negocia vmbratica noiant̃ i q̇b⁹ ꝑ de
ſidiã in vmbra elangueſcimus.
Vmbratile penultima correpta qḋ vmbratum eſt: vt vi
ta vmbratilis: que vmbra atq̨ opaco marceſcit: ſeu
in vmbra et ocio domeſtico degitur. Studioſi vitam
vmbratilem colũt: quos libri docent in vmbra ⁊ ocio
vt inquit Cice. ꝓ Cor. Bal. Item pro Murena. Ce/
dat inquit ſtilus gladio: vmbra ſoli. Res etiam vm/
bratiles dicunt̃ que fiunt per inuolucra ⁊ inanitatem
qualis vmbra eſt.

Vmbria regio Italię: quã Pli. in ſexta regiõe collocat απο του ομβρου. hoc eſt ab imbre: ꝙ vmbri a grecis quaſi vmbrij dicantur: ⁊ omniũ italię populoꝝ antiquiſſimi inundatione terraꝝ imbribus ſupfuiſſe credanť. Uel dicta eſt vmbria ab vmbra: ꝙ ea regio propter altitudinẽ montiũ ⁊ vicinitatẽ apẽnini vmbroſa ſit. Luc. li. ij. Iuſqꝫ ſui pulſo iã perdidit vmbria thermo. Incipit vmbria ab apennino et vltra ac vſqꝫ ad ſinũ adriaticũ extendiť multis preclara vetuſtiſſimis oppidis. Sed in primis Sentino ⁊ fano fortunę. In ea etiã ſunt ſpoletũ: a quo nũc ea regio ducatus ſpoletanus diciť. Nurſia: Reate Ameria: Tiphernũ. Fulgineũ: Muceria: Aſſiſia: Tudertũ: Narnia: Trecenta vmbroꝝ oppida Tuſci debellaſſe repiunt.

## V Ante N

Vna aduerbiũ acuitur in fine ad differentiã ablatiui nominis vnus ⁊ ſignificat ſimul. Aliqñ etiã in oratione poniť ꝓ gemiata: ⁊ habet q̃ſi eandẽ vim quã habꝫ tũ ⁊ cum. Cice. Una ⁊ id qđ facio ꝓbauit: vna ⁊ in hac cauſa ꝑfecto neminẽ ꝑponendũ mihi eſſe exiſtimabit

Vncus fuſtis ab imo latere incuruus ac ſeſe retorquẽs: quo inſtrumẽto puniebanť dãnati. Iuue. Impactus ſeianus duciť vnco. huius diminutiuũ eſt vncinus.

Vncus a um: incuruus: cuius cõpoſita ſunt aduncus ⁊ redũcus: q̃ duo Pli. li. x. cõplexus eſt dicẽs. Et acuta volucribus roſtra eadẽ rapto viuẽtibus adunca collecta: recta: herbas ructibus: limũqꝫ redunca vt ſuuz generi. Hinc fiũt adunco as: ⁊ inunco. Aug. in expo. pſ. Pars noſtri eius ſuperior: que ſupra partem inferiorem aduncatur.

Vncinatus vncinis armat⁹. Cice. Nec vť ale aſperis: ⁊ lenib⁹ armatis vncinatiſqꝫ cõpluſcul ꝯcreta eſſe dicat

Vncia dicta eſt ꝙ vna ſit ex duodecim partib⁹ aſſis: A quo ſemiuncia: due ſextule: tertia pars vncie. i. ſcrypuli octo: ſicilic⁹ ſcrypuli ſex: ſextula ſcrypuli q̃ttuor. Eſt etiã vncia mẽſurę genus exigue vñ ⁊ diminutiuũ vnciola. Iuuena. Unciolã ꝓculeius habet: ſed gillo deuncem: partes quiſqꝫ ſuas ad menſuram inguinis heret. Uñ q̃ncuncẽ vocamus vaſculũ quinqꝫ vnciaꝝ capax. Mar. Quincunces puto poſt decem pactas. De alijs aſſis partibns vide in dictione as.

Vnciariũ ab vncia deriuať: a quo ſemũciariũ. Liui. lib. vij. Semũciariũ tantũ ex vnciario factũ fenus ⁊ i pẽſiones equas triennij.

Vnda ꝓprie pars aque in ſe collecta ⁊ in vnã partẽ tendens: dicta ꝙ ſit vna ⁊ in ſe coacta. Aliqñ poniť pro aqua: vt pars ꝓ toto. Ouidius. Et terris miſcuit vndas. Huius diminutiuũ eſt vndula.

Vndoſum mare dicitur fluctuoſum.

Vndiſonus a um: pe. cor. qđ vndis ſtrepit: vñ mare vndiſonũ diciť ꝙ fluctuãdo ſonitũ reddat.

Vndiuomus a um: pe. cor. qđ vndas. i. aquas vomit. Unda eñ quãdoqꝫ ꝓ aqua ponitur.

Vndatim aduerbium ſignificat fluctuatim vel ad vndarum ſimilitudinem.

Vndo as: fluctuo: vndas facio: a quo fiũt cõpoſita abũdo: exundo: inundo: ⁊ redũdo: de quibus ſupra in dictione abũdo dictum eſt.

Vndabũdũ mare apud Gelliũ dr̃ abũde vndas faciẽs.

Vndulata veſtis que fit ex hyrcoꝝ ⁊ caprarũ pilis potius q̃ȝ lanis ꝙ ad vndarũ ſimilitudinẽ picta ſit. Nã ⁊ cymatilis veſtis a fluctu vt apud Plau. ⁊ Ouidiũ. Dicebanť ꝟo ⁊ vndones quidã cilicij forteqꝫ ab vndis q̃les mõ in his textis videmus q̃ tanq̃ȝ απο του συμβαλλειν συμβαλλωτα. Oẽs appellam⁹ ceu origine ab illo veſtiũ genere accepta: de q̃b⁹ Pli. ita ſcribit. Laue ⁊ pſe coacte veſtẽ faciunt. Erit ergo ſymballoton: q̃ſi συμβλητοα. hoc eſt coacti iplexu potius q̃ȝ textu cõditũ. De vndone. Hiero. quoqꝫ meminit. Uar. de vi. pa. A q̃buſdã diciť eſſe fortunę ꝟginis ab eo ꝙ duab⁹ vndulatis togis eſt opertum: ꝓinde vt reges nr̃i ⁊ vndulatas ꝑtextatas togas ſoliti ſint habere. Noni⁹. Uar. inq̃t vndulatũ noue ꝓ puro poſuit: ita ſit: vt vndulata veſtis aliud gen⁹ ſit fortaſſe q̃ȝ cymatilis a fluctu dicta.

Vnde aduerbiũ: q̃ſi de quo vno loco: vt vnde venis. Interdũ ſignificat a quo. Uirg. Genus vñ latinũ. Interdũ poniť ꝓ ad q̃d. Terẽ. in heau. Uñ petiť aurũ. vñ mihi lapidẽ: q̃rſum eſt op⁹ vñ ſagittas: Inq̃t Hora. Hic venuſte deeſt putas vel dicas mihi eſſe. Quint. Uñ hunc illi animũ: ⁊ alibi. Uñ tantũ viriũ ceco:

Vndeuis ⁊ vndelibet: ſignificãt ex vno quouis loco: ſic

Vndeuiginti vno dẽpto de viginti qđ eſt (vndecũqꝫ. decẽ ⁊ nouẽ: a quo vndeuigeſimus. Sic vndetrigita vndetrigeſimus: vndecẽteſimus: vndemilleſimus.

Vngo is xi ctũ: ⁊ vnguo is gui ctũ ſm̃ Priſcia. q̃ſi vnuz ago. Ungẽdo eñ copulať atqꝫ vniť caro: a quo fiunt compoſita inungo ⁊ perungo.

Vngentũ qđ ⁊ vnguentũ diciť nõ eſt illa tenax cõpoſitio q̃ chirurgi vtunť ad vulnera curãda: ſed cõmixtio diuerſoꝝ odorũ addito oleo aut balſamo ad vngẽda corpora deliciaꝝ ⁊ luxurie cã inuẽta. Uñ in canticis. Odor vnguẽtoꝝ tuoꝝ ſup oĩa aromata. Plau. Non poſſunt oẽs olere vnguẽta exotica Põpo. tñ Iuriſcõſul. ſcribit vnguẽta eſſe q̃ voluptatis ⁊ valitudinis cã cõparanť. Sed hęc magis medicamẽta dicunť. Ser. ait hoc nomen vnguentũ nõ recipe u. ſicut nec vngo vnguen vero u. habere.

Vnguẽ idẽ qđ vnguẽtũ: ⁊ accipiť ꝓ omni eo qđ ſuccum habet: ex q̃ aliq̃d vngui põt. Pli. Epiphoras bubulo ſeuo cũ oleo cocto allinũt. Ceruini cornu cinis ſcabricies eodẽ vnguĩe ſanat. Sũt q̃ dicãt vnguẽ ab vncto deduci: ⁊ eſſe vnctũ pingue in ſuis dorſo ſiue axungiã vel ſeuũ. Palla. Sumes tãtundẽ vnguinis: qđ vocamus axũgiã vel ſeuũ. Perſius. Fęniſece craſſo vitia(rũt vnguĩe pultes.

Vuguẽtarius q̃ vnguẽta ꝯficit ac vẽdit: q̃ a grecis myropola diciť. Hiero. i exo. Facies vnguentũ cõpoſitũ ope vnguẽtarij.

Vnctũ ſignificat illud pingue qđ in porci dorſo molli⁹ eſt. Col. lib. vij. Frigoris fomẽta adhibenť capite et ſpina tepẽti adipe vel vncto linunť. Perſius adiectiue poſuit: vncta vixiſſe patella ſemp.

Vnguis maſ. generis ab vnguo is: ꝙ politus ⁊ trãſlucidus ſit: ⁊ quaſi vnctus: ⁊ eſt ꝓprie eoꝝ aĩaliũ: q̃ digitos habẽt ſepatos vt ſũt hoĩes ſimię: aues. Pli. Ungues ſimię imbricati ſunt hoĩb⁹ lati: rapacib⁹ vnci ceteri recti: vt canib⁹ ꝑter eũ q̃ a crure pleriſqꝫ depẽdet Idẽ de aquila. Ungues quoqꝫ huic generi inuertũť.

Vnguis morbus eſt oculorum: quem gręci pterygium vocant. de quo ſupra.

Vngula ab vnguis denoĩatiuũ eſt/non diminutiuum: q̃ȝuis formã diminutiuã habeat: ⁊ dr̃ de his q̃ digitis carẽt. Pli. In quadrupedibus ſolidas habẽt vngulas: q̃ nõ ſunt cornigera. Idẽ. Oĩa digitos habẽt que pedes excepto elephãto. Huic eñ informes numero quidẽ quinqꝫ: ſed indiuiſi ac leniter diſcreti: vnguliſqꝫ nõ vnguibus ſimiles. Ouiđ. quoqꝫ idem fecit: dũ Io deſcripſit e bouis effigie in primã formã redeuntem: Ungulaqꝫ i quinos delapſa abſumiť vnguis. Oĩb⁹ vngulis ꝓuerbiale eſt qđ ſignificat oĩbus virib⁹: manuũqꝫ pedũqꝫ ⁊ conatu toti⁹ corporis vt etiã vngues qui ſunt in extremitate collocati intendanť: q̃s Pli. exiſtimat eſſe ſummas neruoꝝ clauſulas. Cice. lib. ij. tuſc. Toto corpore atqꝫ oĩbus vngulis: vt diciť contentioni vocis aſſeruiunt.

Vnguicula dimi. ẽ: ⁊ de his tm̃ dr̃ q̃ vngues hñt. Uñ a teneris vnguiculis dicimus: ꝓ eo qđ eſt ab ĩfãtia: ab ineũte ętate: a pueris ab incunabulis. Cice. Lẽtulo. Sed ꝑſta teipm̃ q̃ mihi a teneris vnguicul'es cognit⁹.

Vngulanos Cato vocauit: ꝗ magnos vngues habẽt ac ſcabros q̃ſi vngulis ſimiliores ꝙ̃ vnguibus.

Vngulum annulũ ſignificat: qđ ideo quidã appellatuꝫ putant: ꝙ ſicut in digito vnguis carne: ita in illo gemma vel ſignum aliquod auro clauditur.

Vngulata veſtis ab vngulis: hoc eſt annulis. Vngulũ em̃ oſcoꝝ lingua (vt ait Feſtus) priſcoꝝ vocabat: vel etiam dici poteſt ab vnguibus.

Vnus numeri principiũ eſt. Ouid. Vnus erat toto nature vultus i orbe: Quẽ dixere chaos. Aliqñ dicit ſolus. Plaut⁹. Vnus tũ domi erã ⁊ fores erãt clauſe. In qua ſignificatione qñq; gtõ iungit. Pli. Accipẽſer vnus oim ſquãmis ad os verſis cõtra aquã natãdo meat. Aliqñ accipit ꝓ primo. Virgi. Cadit ⁊ ripheus iuſtiſſimus vnus: Qui fuit in teucris. Sciẽdũ auctore Hiero. ad Damaſũ. ꝙ vnus eſt numeri: cum dicim⁹ vnus hõ: vnus equus. Ubi autẽ alius vel tertius nõ põt iungi: vnus ſi dicat: non numeri: ſed vniuerſitatis eſt nomẽ: vt ſi dicam⁹ vnũ ſolem: hic vnus ita dicit: vt alius vel terti⁹ addi non poſſit. Vnus eſt em̃ ſol multo magis de⁹ cũ vnus dicit nõ numeri: ſed vniuerſitatis vocabulo nuncupat. i. qui ꝓpterea vn⁹ dicitur: ꝙ alius nõ ſit.

Vnus ⁊ alter ſignificat duos: ſicut alter ⁊ terti⁹ Tacit⁹ Sed ⁊ alter ⁊ terti⁹ dies ꝯtatione coeternũ abſumit

Vnicus ſingularis vt phenix eſt vnica auis. hinc fit aduerbiũ vnice ſingulariter: vt dilexi te vnice.

Vnuſquiſpiã: aliquiſunus/ vnuſquiſq; dictio vniuerſalis. Vnuſqlibet ⁊ vnuſquis idẽ ſignificãt qđ quilibet omni loco/ex omni parte/ex omni regione.

Vnanimis ⁊ vnanimus vtroq; mõ dicit ꝓ eo ꝗ vni⁹ animi ẽ: ⁊ vni⁹ ſentẽtie cũ altero: vñ ⁊ vnanimẽ ꝯſenſum dicimus cũ amicoꝝ ꝯcordia eſt: hinc vnanimitas.

Vnicaulis herba ꝗ vnũ caulẽ habꝫ: nec i ramos ſpargit

Vnicolor penultima correpta vnius coloris.

Vnicornis generis maſculini ſiue Vnicorni⁹ ⁊ vnicorniũ declinari põt ꝓ aĩali qđ vnicũ in fronte cornu longũ gerit: qđ ad ſaxa limat: ⁊ cũ ipſo pforat elephantẽ Grece monoceros dicit. Hoc aĩal vt Albertus inq̃t eſt moderate quantitatis: buxei coloris: ⁊ fiſſe in duo vngule pedis: in deſertis habitans.

Vnicuba penul. cor. mulier ꝗ cũ vno tm̃ viro concũbit. Hiero. Negãt anteq; religio nr̃a fulgeret in mundo vnicubas ſemꝑ habuiſſe inter matronas decus.

Vnigenitus filius ꝗ vnicus eſt: quaſi ſolus genitus nec fratrem vllum habuit aut ſororem.

Vniocolus ꝗ ⁊ monocul⁹: ꝗ vnũ tãtũ hꝫ oculũ. Plau. Vniocole ſalue. Greci monophthalmon dicũt.

Vniuira pe. cor. ꝗ vnũ dũtaxat virũ coniugem habuit. Hiero. Vniuira anna inducit ſempq; ieiunãs.

Vniuerſus quaſi oĩs ad vnũ verſus. i. ſine aliqua exceptione: ⁊ in ſingulari quidẽ idẽ eſt qđ totus: vt vniuerſus ager: vniuerſus exercit⁹. In plurali ſignificat oẽs coniunctim Nam ſi dicimus ſibi omnes domicilium conſtituerũt: intelligitur domiciliũ ſibi vnũquẽq; cõſtituiſſe. Si ṽo dicimus vniuerſi ſibi domiciliũ ꝯſtituerũt: ſignificat: oẽs ſimul vnũ ſibi ꝓ oib⁹ domiciliũ feciſſe. Hinc fit inuniuerſuꝫ: qđ ſignificat vniuerſalr̃.

Vniuerſale qđ ad vniuerſos ꝑtinet: vniuerſalitas generalitas.

Vniuocũ pe. cor. cuius ⁊ nomẽ cõmune eſt: ⁊ eadẽ ſubſtãtie ratio: qđ grece ſynonimũ dicit: ſicut equiuocũ cui⁹ nomẽ tm̃ cõmune eſt: ſed ſubſtantie diuerſa rõ: ⁊ a grecis homonymon appellat: hõ ⁊ equ⁹ vniuoca ſunt: qꝛ ſub vno aĩalis noĩe cõprehẽdunt: et eadẽ eſt vtriuſq; ſubſtãtia: hõ verus ⁊ hõ pictus eq̃uoca ſunt: qꝛ de vtroq; aĩal ꝑdicat: ſed ſubſtãtia eoꝝ diuerſa eſt. Grãmatici dicũt homonyma eſſe: ꝗ voce ſed nõ ſignificatiõe cõueniũt: vt nepos et fili⁹ filij vel luxurioſus. Synonyma ꝗ nõ voce: ſed ſignificatione cõueniũt: vt enſis ⁊ gladi⁹. Hic vniuoco as: penultima correpta ⁊ vniuoce.

Vnedo fructus arboris ſimilis terreſtribus fragis ⁊ arbor ipſa etiam vnedo dicit folio citro ſimilis fruticoſa: pomũ inhonoꝝ eſt. Ideoq; vnedo dꝛ ꝙ vnũ tãtũ mandi poſſit. Greci comarũ vocãt: latini arbutum.

Vnio is iui itũ cõiungo: quaſi vnũ facio: vnde vniti animi qui ſunt vnius voluntatis.

Vnio onis: modo cõcordiã ſignificat. Aug. Nã hoc fieri poſſe in tanta animoꝝ vnione quis dubitet: modo margaritã ꝙ in conchis nulli duo reperiant indiſcreti inquit Pli. Dos oĩs vnionũ eſt in cãdore: magnitudine orbe leuore ⁊ pondere.

Vnni populi ꝗ mari cronio vicini Caſpiũ accolũt quos quidã turcos vocari exiſtimãt ſunt hungari.

Vnq; aduerbiũ ſignificat aliquo tẽpore: quaſi vno q̃uis tempore: a quo nunq;.

## V Ante O

Voces dicunt ea oĩa que ſonant. Non em̃ fit απο του βοαω: qđ eſt voco. Virg. Fractaſq; ad littora voces

Vocula pe. cor. diminu. parua vox. Cice. ad Q. Fratrẽ. Quãto molliores ſunt et delicatiores in cãtu flexiones ac falſe vocule ꝙ̃ certe ⁊ ſeuere. Interduꝫ ponit ꝓ detractiõe. Idẽ. M. Celio. Si incurrit hec noſtra laur⁹ nõ ſolũ in oclos: ſꝫ iã etiã i voculas maliuoloꝝ.

Vocabulũ dicit quo res ſingule nominant.

Vocalis et hoc vocale qđ eſt ſonorum et ſumme vocis. Pli. li. xviij. Rane quoq; vltra ſolitũ vocales: ſunt ſigna tẽpeſtatis: vñ vocales lr̃e dicte: qꝛ ꝑ ſe voces faciũt: et ſine his litteralis vox ꝓferri nõ põt. Hinc ſemiuocales ꝗ q̃ſi dimidiatũ vocaliũ ſonũ hñt. Sciẽdũ eſt ꝙ qñ dictio finit in vocalẽ ꝙ̃uis longã ſi ſequẽs incipiat a vocali illa finalis breuis eſt: vt ilio alto.

Vocalitas cõſonãtia: quã greci euphoniã vocant.

Vocifero ſignificat cũ dolore ſiue indignatiõe maiorẽ vocẽ emitto. Interdũ ſine effectu vehement exclamo

Voco cas clamo: vt Voca operarios. Itẽ vocare appellare. Lactã. lib. iij. ꝙ ſi deũ naturã vocant: ꝗ ꝑuerſitas naturã potius ꝙ̃ deũ noĩare. Itẽ Inuitare: vñ vocatores dicti ſunt: quib⁹ inuitãdi datũ eſt negociũ ſiue qui ꝑ ſe vocãt ad cenas. Pli. Inuitat⁹ ad regis cenã venit: indignantiq; Ptolemeo ac vocatores ſuos oſtendẽti: vt diceret a quo eoꝝ iuitatus eſſet. Ille arrepto e foculo carbone extincto imaginem in pariete deliniauit: Itẽ poſcere ſeu vẽdere. Iuue. Bis quingẽta dedit tãti vocat ille pudicã. Itẽ denũciare. Virgi. li. j. geor. Tũ cornix plena pluuiã vocat improba voce. Hui⁹ cõpoſita ſunt aduoco: auoco: cõuoco in vnũ voco: cõgrego. Cice. lib. j. tuſ. Qui diſſipatos hoĩes congregauit: ⁊ ad ſocietatem vite conuocauit. Circũuoco: vndecũq; voco: deuoco: euoco: inuoco: ꝓuoco ꝑuoco: qđ eſt oẽs voco: reuoco: retrouoco: ⁊ ſeuoco: que habẽt penul. correptã.

Vocito as: pe. cor. frequẽter voco. Plau. in cap. Pecuniũ vocitatus eſt poſt vos vidiſtis tindaro.

Vocatiuus caſus dictus eſt ꝙ ꝑ eũ vocamus.

Vogiſonus ſiue vigiſolus lacus in patauino agro.

Volo as: ꝓpriũ ẽ alas habẽtiũ vt Volat ille ꝑ aera magnũ Remigio alarũ. Trãſfert etiã ad alia ꝗ celeriter currũt: vt nauis volat: fama volat: ⁊ huiuſmodi pro celeriter vadit. Terẽ. Ne fruſtra illic expectet vola. Hinc veliuolũ mare dicit. Eius cõpſiota ſunt aduolo: qđ eſt iuxta: vel aliquo volo. Pli. li. x. In agrũ volateranum palumbiũ vis e mari quotãnis aduolat. Auolo alio volo circũuolo. Idẽ in codeꝫ. Nec vnq; tam longo naues: tanq; cõtinuo curſu recedũt a terra vt nõ circũuolitent eas apodes Deuolo deorſum volo: auolo extra vel in altũ volo. Vnde ꝑ tranſlationẽ Cice. Lẽtulo. Quia altius me euolare voluerũt. Inuolo: iteruolo: obuolo: ꝯtrauolo: ꝑuolo celeriter

volo:preuolo ante volo:prouolo ꝓcul volo: reuolo
rurſus volo reuertor. Gel. Ubi ſatis ſeuierat coruus
reuolabat in galeam tribuni. Subuolo latēter volo
Col.lib.ix. Pulli facilius ſub matribus pingueſcūt:
ſi iam firmis priuſqꝫ ſubuolēt paucas ſubtrahas pin
nas ⁊ obteras crura ⁊ vno loco quieſcant. Supuolo
⁊ tranſuolo que habent penultimā correptā.

Volito as. frequēter volo. Pli. Sup aquas aſſidue vo/
litās. Ponit et ꝓ diſcurro. Ci. Qui p forū volitāt.

Volatus us. ipſa volatio ⁊ volandi actus.

Volatile penul. cor. quaſi volans: vt anima volatilis:
⁊ volucres volatilia dicunt: quia volant.

Volaticus a.um. quod volat et cito trāſit. Aug.lib.v.
conf. Turpes ſunt tales ⁊ fornicant abs te amando

Volatura idē qꝺ volat⁹. Var. In (volatica ludibria.
pma volutura cū veniūt morant dies paucos requi/
eſcendi cauſa.

Volucris pe.cor. oīe id quod volat: non ſolū aues ſed
apes qꝫ veſpe tabani ⁊ reliqua hmōi. Hiero. cōtra
Joui. Quis noſtrū leonē: quis viperā: quis volucrē:
quis ciconiam: quis miluū: quis reptantes in littore
vermiculos vnqꝫ comederit.

Volucer adiectiuū ponit pro celeri. Mar. Et volucrē
longo porrexit vulnere pardum.

Volucra genus aīalis: qꝺ prerodit teneros pampinos
Colu.lib.iij.

Volo lis. a volo las. ꝙ anim⁹ in quo velle eſt talis ſit:
vt puncto tēporis peruolet quo vult. Hinc volūtas
⁊ volentia. Compoſita ſunt nolo: malo: et peruolo.

Voluntas vt Aug.lib. de li.ar. ait. Eſt qua appetimus
recte honeſteqꝫ viuere: ⁊ ad ſummā ſapientiā pueni
re. Hinc volūtari⁹ a.um. qꝺ ſit ſponte. Aug. Volūta
riū bellū indicit paſſiōib⁹. Hinc aduerbiū volūtarie.

Volentia idē qꝺ volūtas: que qꝺ cū ratione deſiderat.
Salu. Tum volentia plebi pro placentia plebi ſcri/
pſit: hoc eſt q̄ plebs vellet. A volentia fiunt beniuo/
lentia: maliuolentia pro amore ⁊ odio: quaſi bona et
mala voluntas. Beniuolus ⁊ maliuolus.

Volones dicti ſūt ſerui qui in bello punico cū deeſſent
q̄ ſcriberent ꝓ dn̄is pugnaturos ſe polliciti i ciuitatē
recepti ſūt: et volones appellati: qꝛ hoc ſponte volu/

Voluptas eſt elata p̄ter modū letitia opinione (erūt.
